

*N. N. II, 153.*  
*N. 41, 10.*

(X 1877 7952)

I. N. SS. T. A.

II R  
2454

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

FODINIS AC  
EARUM JURE

*Nobis est*

Berg-Verck und Recht.

QUAM

JOVA JUVANTE

DECRETO ET AUTHORITY

VENERANDI ET NOBILISSIMI FACTORUM

ORDINIS ACADEMIÆ CELEBERRIMÆ

MARPURGENSIS PATRIÆ

Pro

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS

RITE OBTINENDIS

*Censendam & examinandam publicè proponit*

JOHANNES SIEGFRIDUS

Happell / MARP. HASSUS.

*Ad diem 2. Septembr.*

*Carolus Fuldor  
Anno.*


MARPURGI CATTORUM

Typis SALOMONIS SCHADEVVITZII, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. LVIII.







I. N. SS. T. A.



Erunt esse, quod Cicero *libr. 2. de Nativ. Deor.* dicit: Non tantum supra terram, sed etiam in intimis ejus tenebris plurimarum rerum latere utilitatem, experientia probatum ii habent, qui laudabili inquirendi libidine & laboriosa fodiendi opera telluris intima recludunt. Sacrae scilicet parentis, terrae, viscera metalla, gemmas, lapides, succos fideliter gignunt, res divitiarum ostentui, societatis corporisque defensionis, deliciarum cultui, substructionum necessitatibus, vitae ac sanitatis humanae prolongationi subservientes. Itaque praegnans causa est, quare Magnates, Reges ac Principes eos, qui (ut est in *l. 1. C. de Metallar. libr. 11.*) metallorum exercitium affluunt, & labore proprio & sibi & Reip. commoda comparant, rem totam metallariam jure proprio muniverint. Id vero *jus* in plurimis singulare ac à communi jure discrepans, *Fodinarum* vel *Metallicum*; nos verò composita voce *Berg-Recht* vocamus. Hoc jus quia materiam continet celebrem, apud scriptores tamen (conquerente Rosenth. *de Feud. C. 5. Conclus. 90. n. 1.*) raram, pro tempore in hac dissertatione inaugurali, quam consensu & Auctoritate Nobilissimi & Consultissimi *FCtorum* Ordinis in hac illustri *MARPURGENSI* praesentem exhibeo, methodicè, & eà, quâ potui brevitate, in publicum exponere constitui. Negotium hoc vergat in Nominis divini gloriam, proximi emolumentum & propriam prosperitatem, largiaris Trina Unitas, devotis

suspiriis oro ! Materia hæc quinque mēbris commodè absolvi poterit hoc ordine : Membrum I. Generalia. II. Principia. III. Jus ipsum fodinarum. IV. Contraria. V. Affinia proponet. Continet itaq;

## M E M B R U M I.

### Generalia metallorum ac Juris fodinarum.

#### POSITIO

##### 1. Jus.

Vox Jus polysema est, varias admittens significationes vid. Dn. Hahn in *Observ. Wesemb. tit. de Just. & jur. n. 14.* In fodinarum materiâ respectum habet : 1. Ad *Subjectum* passivum juxta *l. 55. 155. §. 1. de R. J.* quod eo utantur personæ eæ, quæ fodinas tractant, & quæ fructus fodinarum (metalla) percipiunt. 2. Ad *Objectum* seu id, quod jus alicui tribuit, quatenus disponit de rebus, negotiis ac proventibus fodinarum. Jus primitivam esse vocem Grammatici in suâ professione rectè statuunt, at limites suæ vocationis excedentes, injusto zelo perstringunt JC. Ulpianum in *l. 1. pr. de J. & J. ac Imp. Justinianum in Rubr. Inst. Eod.* quòd jus à justitiâ deductum velint. Hi enim propriam disciplinam sectantes, postposito nudo verborum sono, rem verbis significatam intuentes, Logicâ, uti vocant, derivatione, vocem jus metiuntur. Jus verò est constitutio publica, jubens bona, prohibens mala, subjectis parendi necessitatem imponens.

##### 2. Fodina.

Jus, de quo tractaturus sum, vocant Dd. Heig. *1. q. 13. n. 14.* Metallicum, forsan à frequentiori effossione, vel voce metalli generaliter & latè sumptâ, vid. *Membr. 2. posit. 9.* Non absurdè idem jus, dixeris *fodinarum jus*, à fodinâ, potissimo hujus juris objecto, ut cui venæ, metalla ac mineralia insunt & cujus gratiâ in utilitatem publicam jus hoc speciale constitutum est. *Fodina* 1, Generaliter, & quasi in abstracto

tracto accepta voce, est omnis locus, qui foditur metallo-  
rum inquirendorum causa. Hinc aurifodina, argentifodina  
*in l. 1. pr. Quod cuiusq. univers. Cretifodina in l. 3. §. fin. de Reb.*  
*eorum. qui sub. tut. l. 13. de Publican. &c.* Nobis est **Berg-**  
**werck** à montibus, quibus metalla frequentius insunt teste  
*Besold. Thes. pract. voce Bergwerck/* vel juxta alios, ab abscon-  
dendo, quòd fodinæ metalla quasi abscondita contineant.  
Item **Erzgruben**. *Speidel. Notab. Hist. Polit. lit. &* à metallo,  
quod inquiremus. Ita hinc. 2. Specialiter, & quasi in concreto,  
& est ipsa fossa in loco certo metallorum inquirendorum &  
eruellendorum causâ facta, **Eine Grube**. Fodinæ à formâ ope-  
ris perficiendi, fodiendo appellantur. *Fodina est locus subter-*  
*raneus, è quo metalla & mineralia à fodientibus eruuntur in*  
*hunc finem, ut homines iis frui possint.*

Jus fodinarum seu metallorum est Jus Metallariis à Ma-  
jestate constitutum, aut consuetudine, statuto inductum, ad  
utilitatem publicam ac privatam promovendam, modum  
inquirendi, effodiendi, percipiendi, acquirendi & amitten-  
di metalla ac mineralia, ne quis lædatur, proponens.

3. *Definitio*  
*juris fodina-*  
*rum*

## M E M B R U M II.

*Exhibens:*

### Principia metallorum & juris me- tallarii.

In proponendis principiis eruenda occurrit causa effi-  
ciens 1. Metallorum ac Mineralium 2. juris fodinarum.

*Continuatio.*

Causa Efficiens metallorum est DEUS, qui cælum & ter-  
ram. *Gen. 2. v. 1. 2.* Ergò & metalla creavit. Nam hæc sub-  
terrâ contineri, probat & *Hiob. c. 28. v. 1. 2. 3. 6.* & experientia.  
Addatur *arg. Gen. 2. v. 11. 12.* Item *Ezech. 16. v. 17.* Non obest:  
1. Omissio metallorum in catalogo rerum creatarum *Gen. 1.*

1. *DEUS.*

A 3

R. 1.

R. 1. Continentur sub voce terra *in vers. 10. 2.* Addita sunt *Gen. 2. v. 11. 12. 3.* At ibi omiſſa ut tūm abſcondita. 4. Et aliæ creaturæ non adductæ ſunt. 2. Accumulatio montium poſt diluvium. R. 1. obſcurum eſt: vid. Maxim. *Fauſt Conf. pro ar. in Ord. 1110.* 2. & in planitie metalla reperiuntur *Pos. 6.* Planè Mercurium Ethnicorum. v. Deucer. *in proæmio præfixo dem Rönig. Böh̄m: Bergk̄t.* quem Meni fuiſſe Judæorum ſuperſtitioſorum v. *Eſai. 65. v. 11.* poſt B. Lutherum arguit Jo. hann. Mathes. *in Sareptâ Hom. 3. p. m. 30.* & ſanctos ( Wolfgangum, Annam, Joachimum ) Papicolarum, Patronos eſſe ac Præſides metallorum nego. Itaq; 1. Metalla bona ſunt 1. quia DEI creatura ſunt, 2. Ea DEUS largiri vult. v. *Deut. 8. v. 9. Eſai. 60. v. 17* Conſulatur Agricola *vom Bergwerck libr. 1. p. m. 7. & ſeqq.* Budel. *de Monet. libr. 1. c. 3. num. 16.* Nec dubito metalla cum Heinr. Corn. Agrippâ *de Vanit. ſcient. c. 29.* damnantes, injurios eſſe in Creatorem, ut ait Heig. *1. queſt. 13. n. 3.* ut qui nihil fruſtra, aut malè, ſed rectiſſimè & optimè omnia fecerit. Diſſidentium argumentis oppono illud Ovidii:

*Tollatur abuſus,*

*uſus habet laudem, crimen abuſus habet.*

II. Exeercitium metallarium *honestum* eſt. Nam 1. Res bonas inquirere. 2. lucrum honeſtum percipere. 3. Artem hominibus neceſſariam. v. *pos. 3.* exercere licet. Adde Agricol. *vom Bergwerck d. 1. 1. p. m. 17. ibi: Auſß dem Bergwerck.* Objicis: 1. ſcandalum ex anſâ peccandi, abuſu metallorum veniens. 2. laboris inanitatē frequētē in inquirendo. 3. lucri quæſiti inſtabilitatē. R. Vitia perſonarū ſunt, non rei. 4. Olim humiles ſoli licitè fodiebant, R. 1. quæritur an rectè 2. Contrarium oſtendit Agric. *d. 1. 1. p. m. 20.* 5. Romani fodinas pœnæ loco habuerunt. R. negando. Labor, ſolitudo pœna erat. 6. At damnati ſervi fiebant, R. cauſa erat ſententia, non fodina. Hinc III. fodere & inquirere metalla *licet.* 1. ob univerſale

sale dominium concessum. *Genes. 1. v. 28.* 2. quia res hominis gratia natura comparavit. §. 37. *J. de A. R. D.* 3. Hoc Deus permisit. *vid. Deut. 8. v. 9.*

Causa efficiens *juris fodinarum* est: I. *Moralis*, & quidem  
1. *Jus naturale*, quâ fundamentum, nec enim jus est, quod tollit naturale. *per §. pen. I. de I. N. G. & C.* 2. *Jus Gentium*, fodinas namq; omnes gentes tractant, jus ergò habeant, quo metalla regant, necesse est. Nec enim societas, aut res ulla absq; legibus consistere potest. Et Turcas barbaros leges metallicas, æquè ac nos, sancitas diligenter observare, ex *Belonio adducit Heig. 1. quest. 13. n. 15. 3.* *Jus divinum*, non quòd hoc de fodinis quid disponat, sed quâ Christiani Impp. legum omnium fundamenta ex hoc jure desumere, & ipsi Metallarii vitam suam juxta hoc jus dirigere debent. Piè & consideratè Decalogi præcepta ad Metallariorum statum applicavit *Joh. Mathes. in sareptâ Homil. 2. p. m. 20.* 4. *Jus Civile à Majestate constitutum.* Majestas enim personas ac bona subditorum in suâ manu habet, eaque dirigit ad bonum tum commune, ut paterfamilias ad suum & familiæ commodum, tum privatum, providendo, ne cuiquam fiat injuria. Ut autem subjecti pareant, legibus opus est. Hinc potestas Principis, exercitia fodinarum *mandatis* promovendi, cujus meminit *Speidel. in Notab. voc. Bergwerck Sixtin. de Regal. libr. 2. c. 16. n. 72.* Ex hoc principio fluunt *constitutiones metallica Principium*, quas vocant *BergOrdnungen*. Eas observandas esse, monet *Rosenth. de feud. c. 5. conclus 90. n. ult.* Leges latas factis applicant, ac contra refractarios defendunt *Magistratus*. Inde potestas fodinis *præfectos constituendi* exoritur, quam Majestati competere, patet *ex l. 1. C. de Metall.* Adde *Sixtin. Speidel. dd. ll. 5.* *Jus publicum.* Hoc disponere de fodinis patet. 1. *ex A. B. 1. 9. Von Gold / Silber und anderm Erß.* 2. quia fodinæ ad Regalia pertinent *v. pos. 11.* 3. quia eadem utilitatem publicam promovent. *v. pos. 3.* 4. Titulus de Metal-

2. Origo juris fodinarum.

Metallis inter res publicas disertè locatus est in *Codicis libr. X l. 6. Jus privatum.* Cùm i. privati ideò fodiant, ut familiam suam adaugeant. *per l. 1. ibi: labore proprio sibi commoda comparet l. 3. in fin. C. de metall.* 2. Jus privatum de fodinis tractet. *vid. l. 9. §. 2. 3. l. 13. §. 5. 6. de Vsufr. l. 7. §. 13. 14. Solut. Matrim. tot. tit. C. de Metall. & passim.* 7. Jus statutarium. Si collegium Metallicorum in promotionem fodinarum quid statuatur, quam potestatem Collegium (modò à Principe sit confirmatum *per l. 2. pr. quod cujusq; univers. l. 3. §. 1. de Colleg. & Corpor.*) habere constat *ex l. fin. de Colleg. & Corp.* 8. Jus consuetudinarium. Etenim inveterata consuetudo pro lege custoditur *l. 32. §. 1. de LL. l. 33. 35. 36. Eod.* Nos vocamus *Gewonheit.* Metallarii: *Bergwercks Gebrauch / Bergläufftige Weise.* In fodinis imprimis attenditur consuetudo, *text. in l. 13. §. 1. Commun. predior. l. 2. C. de Metall.* Hinc in omnibus circa metallifodinas, consuetudines locorum ante omnia attendi oportere, monet *Rosenth. d. Conclus. 90. n. 13.* Consuetudo autem vel generalis est vel specialis cujusque loci *l. 50. §. fin. de leg. 1.* Illa est vel integri ordinis Metallariorum, vel totius alicujus regionis. Hanc in judicando observant teste *Goedenio cons. de Aurifod. 4. n. 1. II. Physica,* casus varii in fodinis, metallis accidentes, negotia & facta Metallariorum, quæ jure & legibus dirigi, determinari ac decidi solent. *per l. 2. 3. 5. de LL.*

3. *Causa fodiendi.*

Haftenus principia juris fodinarum. Ponderandæ sunt & causæ, ad fodiendum impellentes, fossionemq; adjuvantes. *Causa impulsiva* fodinarum instituendarum, est: *I. Necessitas.* Nam i. pleriq; negotiatores labori suo tractando ferro & aliis metallis indigent. *v. Agricol. Vom Bergwerck l. 1. p. m. 10. 16. 17.* 2. Absque pecuniâ nemo hodiè commodè contrahere, peregrinari aut aliud quid peragere potest. 3. Magnates pretiosis opus habent. At hæc omnia fodinis extrahimus. *Objicis: Homo metallis non indiget: Non anima, quæ spiri-*



spiritus est, non corpus, quod cibo, potu, vestitu contentum est. R. 1. Cultura terrestris, ciborum ac vestimentorum præparatio ferrum requirit. 2. Commoditas seculi præsentis metallorum ope eget. II. *Utilitas publica.* Indè affluens metallorum exercitium Reip. commoda dicitur comparare *in l. 1. C. de Metall.* Fisco Saxonico fodinæ *Snebergenses* intra 30. annos 5199 & intra 79. annos plusquam 20559. tonnas auri, notante ex Albino Besold. *Th. Pr. voc. Bergwerck.* decimarum loco intulerunt. III. *Utilitas privata.* Fossium enim propriis suis desideriis Metallarii vindicant, *l. 3. C. de Metall.* & labore proprio sibi commoda comparant. *l. 1. C. eod.* & quicquid ultra decimas colligunt, ipsi distrahunt. *d. l. 1.* Fodinas *Snebergenses* spatio 79. annorum fodientibus dedisse 123355. auri tonnas ex Besold, *d. l.* accipimus. *Dicitur:* 1. Metalla res steriles. 2. sumtus Metallici dubii 3. venæ & proventus variabiles sunt. 4. fodere res periculosa. 5. probis, 6. divitibus, 7. prædiis ac sylvis detrimentosa est, & hinc 8. terræ metalla inclusa sunt, ne quem facilè offendant. R. Ad 1. & steriles res usui sunt. Ad 2. 3. 4. periculum vel casuale est, vel incuriâ hominum causatur. Ad 5. & 6. ex accidenti & vitio personarum est. Ad 7. damna illa copia & ubertas venarum compensat. 8. Negatur.

Causæ fossionem, ne inutilis sit, *adjuvantes* erunt hæ: *4. Fossionem adjuvantia.*  
 I. Ratio & intellectus humanus, ut cognoscere, appetere, velle venas absconditas homo possit. II. Manu ductio fidelis, quæ principia rerum detegit. III. Exercitatio sedula, ex quâ habitus oritur. Hanc sequitur IV. Experientia quam prudentia comitatur, res rebus agendis maximè necessaria. V. Cognitio qualitatis loci fodiendi. De loco, qualis eligendus sit, vid. *Agricol. Vom Bergwerck. l. 5. pag. 81.* VI. Qualitas loci fossi & situs venarum. Jungatur his *Löhneysß Vom Bergwerck lib 1 p. 12. & seqq.* Ergò multâ prudentiâ Metallario opus est, citra quam labor frustraneus adhibebitur. Hinc natum illud: *Wer im schacht ziehen und im Bergwerck bau-*  
 B en

en will / sol seine Augen nicht in die Taschen stecken. *As:*  
1. Plures Idiota ( Midas, Rothlöw in Bohemia ) felicissime  
fodierunt. R. casus fossioni initium, progressus experientiam  
& prudentiam dedit. 2. Plures sagacissimi fossores ( citatus  
Rothlöw ) interierunt. R. quaesitis abusi sunt.

5. Persona.

Jus metallorum personis, metalla locis insunt. Personae  
sunt vel superiores, vel inferiores. Illi tales sunt: 1. Jure pro-  
prio. Ita *Majestas* praest. Ad *Majestatem* fodinas spectare, pro-  
bo: quia 1. *Majestas* bona subditorum in manu sua habet. Fo-  
dinæ 2. ad utilitatem publicam faciunt. 3. sitæ sunt in terri-  
torio. 4. Ad regalia pertinent, v. *pos. 11*. Jus itaque in fodinas  
suo & Regalium jure habent: 1. Imperator. 2. Papa, quæ secu-  
larem potestatem ac Regalia habet, juxta *communioem* opi-  
nionem teste Rosenthalio de feud, c. 5. *Concl. 1. lit. f. Addatur*  
*Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. n. 116.* 3. Rex Romanorum, quæ Vica-  
rius est Cæsaris. A. B. t. 1. §. *praeterea. t. 2. 4. vid. Sixt. d. c. 4. n.*  
*12. 13. 14.* ( Non obest Papæ coronatio deficiens, *diff. Gloss. in l.*  
*Bene à Zonone. verb. Insulas. C. de quadrienn. prescr. v. Sixtin. d.*  
*l. nu. 11. seqq.* ) 4. Vicarii Imperii, vacante Imperio. A. B. t. 5.  
faciunt enim omnia, quæ Imperator, *Excipe specialiter* pro-  
hibita Buxt. ad A. B. t. b. 92. l. c. *Concl. 71. §. seq.* 5. Reges. per  
c. *Super quibusdam 26. §. Praeterea. de V. S.* 6. Reginae, tum e-  
lectione, tum successionem tales, tum vicariatus ac tutela jure  
Imperium administrantes. 7. Respublicæ liberæ, ut *Venetiana*  
&c. Olim quidem soli *Majestati* jus fodinarum ut *Regale*  
adscribebatur, teste Goldasto tom. 3. *Const. Imper.* Et Albertus  
Imp. à *Bobemis* decimas petebat, notante ex *Dubravio libr. 18.*  
*Histor. Bobem. Dn. Carpozio ad L. Reg. Germ. c. 5. n. 27.* Po-  
stea *Caroli IV.* A. B. tit. 9. & iis jus fodinarum ut *Regale* com-  
petere coepit, qui habent *superioritatem* territorialem ( *Die*  
*Landes Fürstliche Obrigkeit* ) cum dignitate *Electoralis*. Jus  
ergo fodinarum ut *Regale* habent: 8. Rex *Bohemiae* A. B. t. 9.  
9. *Electores Ecclesiastici & Politici* A. B. t. 9. Heig. 1. *quest. 13.*

n. 29. seq. Sed & olim ante A. B. & hodiè titulo singulari (ut: concessione Imp. speciali ac privatâ, mediante investiturâ & exemplo erat Elector Saxonix. v. Simon Pistor *Cons.* 4. n. 7. *inter vol. 2. Modestini Pistor.* vel præscriptione immemoriali Sixtin. d. c. 16. n. 81.) jus fodinarum proprio jure, & ut regale acquirebatur omnibus, qui superioritate territoriali gaudent. Tali itaque jure fodinas possident: 10. Principes Ecclesiastici, quâ Principes sunt. v. Dn. Carpz. d. c. 3. *sect.* 11. n. 11. *seqq.* 11. Principes seculares. 12. Comites, tum *Gefürstete Graven* / tum simplices *Reichs Graven* / tum Principi inferiori subjecti, *Landsassen*. 13. Barones. 14. Civitates (obst. l. 16. de V. S. R. jus illud obsoletum est.) 1. Immediatè subjectæ (tam *Reichs Stätte* / quàm *Frey Stätte*. v. Sixt. d. c. 4. n. 75. *seqq.*) habent enim Regalia Dn. Carpz. d. c. 3. *sect.* 11. n. 26. *seq.* 2. Mediatè quæ olim liberæ, nunc Principi inferiori, quâ jura quædam subjectæ sunt. Nam & hæ Regalia habent *teste* Sixt. d. c. 4. n. 84. Econtra jus fodinarum ut Regale non habent privati, quia non sunt subjectum capax Regalium. *Knichen de Jure Reg. territ.* c. 1. nu. 121. (Nam 1. potestate in personas & res civium carent, 2. Utilitas publica in iis cessat.) At emolumenta juris regalis legitimis modis privati acquirunt: quibus *nudum factum, nuda utilitas* istius juris, non jus ipsum continetur. *Addatur Kniche d. c. 1. n. 123 Faust. Cons. pro Aerar. in ord 147. in fin.* Ita jure Regali fodinarum non fruuntur: Nobiles immediati, *Freye vom Adel* / *Freye Ritter-schafft*. Non enim habent dignitatem Regalem, nec status sunt. Dn. Carpz. d. c. 3. *sect.* 12. n. 17. quamvis multas prærogativas præ aliis Nobilibus habeant, quas recenset Sixtin. d. c. 4. n. 96. 2. Nobiles mediati (*die Landsassen*) quia & hi superioritate carent, quàmvis suas ditiones habeant. 3. Civitates mediatae, quæ in totum Principi alicui subsunt (*Municipal Stätte*) quia privatae sunt, intuitu statuum Imperii. *arg. l. 16 de V. S. Gail. 1. Obs. 1. n. 18.* 4. Vasalli sine Regali dignitate,

gnitate. 1. quia jus territorii non habent, 2. Privati sunt. Etiam investiti: 1. de mero & mixto imperio. Sixt. d. c. 16. n. 82. quia diversum ab hoc Regale est jus fodinarum. 2. De omnibus feudi utilitatibus, Sixt. d. l. n. 83. quia utilitas ad Regalia extendi nequit. Excipe (in utroque casu) 1. Consuetudinem Saxonia, quâ jus fodinarum Regale transit, exceptis auri & argenti fodinis. v. Rosenth. d. c. 5. Concl. 91. n. 3. 2. Si fodinarum investitura expressè est adjuncta. Rosenth. d. n. 5. 6. Nec verò modo adducti *emolumentum* juris fodinarum nanciscuntur, nisi præscriptio immemorialis vel investitura specialis præcesserit. Heig. d. quest. 13. n. 30. II. Concessione alterius, ut: Principis seu ejus qui jus fodinarum Regale habet, qui ideò Præfecturam aliis mandat, quia ipsius persona singulis negotiis præesse nequit. 1. Summam inspectionem, ut Vicarij Principis habet: Præses montium, Der Berghauptmann. 2. Judicio fodinarum præest, Der Berg Richter 3. Assessorum & inspectorum loco sunt, Die Berggeschwornen. 4. Fodinis, fossoribus, decimis Principi debitis, investituris concedendis, juri dicundo vacat Der Bergmeister. 5. Fodinis & laboribus fossorum inspiciunt: Der Einfahrer / Steiger und Schichtmeister Sed judicia montium & fodinæ habent & suos Scribas, sunt enim Berg / Zehend / Schicht / Gruben / und Regen Schreiber. Inferiores sunt: 1. Principales (die Gewercken) sunt ii, quorum sumtibus foditur, & ad quos jure domini vel alterius juris in re fodinæ ac earum proventus pertinent. Dividuntur in inquirentes (Neufänger) vel fodinas inventas exercentes, qui, si domini sunt fodinarum directi, Hauptgewercken sin utiles Lehenhåwer / qui subinfeudati, Nffter Gewercken vocantur. In his constituo regulam: Venas inquirere & fodinas de novo instituere cuivis licere, ut: Domino loci, non Domino. v. pos. 6. uni, pluribus. In his. 1. tempore prior, posteriorem excludit. per l. pen. in fin. quæ in fraud, Cred. l. 2. C. qui pot, in pign. & quia ille impen-

impensas fecit, hujus verò res integra est. Etiam Dominum  
*v. pos. 6. 2.* Tempore *pares*, si i. volunt, junctim admittuntur,  
quia societas de fodinis iniri potest *v. pos. 12. 2.* Nolunt, & i.  
Dominus fundi *v. pos. 6. 2.* Princeps, ob utilitatem publicam  
præfertur. 3. Extraneos solos dijudicet iudex, eligendo ma-  
gis idoneum, juxta *l. 21. Comm. divid. quâ operam, sumtus*  
*præstandos.* Sorti autem rem tantam committere, impru-  
dentia est. Sixtin. *de Regal. libr. 2. c. 16. n. 69.* Hæc enim in ca-  
sibus tantum jure specialiter expressis admittenda est, ut quæ  
res periculosa, fortunæ, non rationi subjecta est. Sixtin. *d. l.*  
qui consulatur. II. *Ministrantes* Principalibus, sunt ii, qui la-  
boribus fodinarum incumbunt *Bergleute/Bergmänner/  
Bergknappen* (à Knab id est *Gesell*) Variorum officiorum  
sunt: Mensores, *Marckscheider* / Fabri *Bergschmiede* / Car-  
pentarii *Grubenzimmerleute* / Custodes *Hutleute* / Gru-  
benhüter / Fossores, *Häwer*. Divisores *Erztheiler*. Sepa-  
ratores *Erzscheider*. Juvenes *Knechte* / *Haspeler* / *Berg-*  
*knechte* / *Wasserknechte* / hi omnes fodinis metalla, terram,  
aquam extrahunt. De Officiis fodinarum *v. Agricul. Vom*  
*Bergwerck libr. 4.* & *Königl. Böhem. Bergkr. libr. 1.* In  
jure nostro hi omnes vocantur metallarii *l. ult. C. de Metall.*  
Tales autem sunt: 1. Sponte. *l. 1. C. eod.* 2. Conditione. *l. fin.*  
*Eod.* Et omnes sunt liberi, *per t. t. C. de Metall.* Metallici verò  
(in metallum damnati) servi sunt. *l. 8. §. 8. l. 10. §. 1. l. 36. de*  
*pœn.* (obst. *d. l. 8 § 8. in fl. f. C. de Metall.*) qui ratione pœnæ o-  
lim variè differebant. *v. Henr. Salmuth. in not. ad Panzir. de*  
*Reb. memor. de per d. t. de damnat. in metall. p. 709.* Sed hæc ser-  
vitus pœnæ §. 3. quib. *mod. jus Patr. pot. solv.* sublata est *per. Nov.*  
*22. c. 8.*

Metalla in sunt *locis* (sunt enim corpora physica) & qui- 6. *Loca.*  
dem subterraneis. *Hiob. 28.* tam *montanis* quàm *campestribus*.  
Nam Silesia & Lusatia in planitie ferrifodinas habent. teste  
*Sausten Cons. pro arar. in ord. ius. vers. Reperitur.* Licet autem

venas inquirere in quocunq̄ue loco, ob favorem metallo-  
rum, qui fundatur in necessitate & utilitate publicâ ac priva-  
tâ, de quâ *in pos. 3.* Modò locus sit *vacuus*, hoc est fodiendi  
causâ nondum occupatus. Fodere itaque nemo prohibetur  
in loco: I. Nullius, est enim res nullius, §. 5. *I. de R. D.* & usus  
ejus publicus & Jurisgentium est, *d. §. 5.* omnibus concessus,  
§. 1. *Eod.* II. Publico, cujus proprietas populi certi est, *l. 15. de*  
*V. S.* At usus singulorum, *l. 2. §. 2. ne quid in loc. publ.* ut sunt  
areae, agri, viæ, itinera publica, *d. l. 2. §. 2.* III. Universitatis, cu-  
jus & proprietas & usus est populi, seu corporis universi, ut  
re utantur junctim omnes non singuli pro se ut: bona Civi-  
tatum, *l. 17. de V. S.* loca universitatis, §. 6. *I. de R. D.* Campus  
Martius, *l. 6. pr. de Contrab. Emt.* loca, quæ sunt in patrimonio  
Principis publico, seu fiscalia per *l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ.*  
(Non, quæ sunt in patrimonio Principis privato, quia sunt pri-  
vata Principis substantia, *l. fin. vers. Sed scimus. C. de quadr.*  
*presc.*) *Diss. Heig. 1. quest. 13. n. 19.* putans, jure civili in locis fi-  
scalibus fodere privatis non licuisse per *l. 13 ff. l. 11 C. de Vecti-*  
*gal. l. 17. in fin. de V. S.* IV. Privato, (qui singulorum est *l. 1. pr. de*  
*R. D.*) per *l. 9. §. 2. 3. l. 13. §. 15. de Usufr. l. 3. pen. C. de Metall.* V. Pro-  
prio (ob liberum suæ rei usum, *l. 21. C. Mandat.*) *vid. l. 13 §. 5.*  
*ibi: vel quas paterfamilias instituit. de Usufr. & arg. l. 9. §. 2. 3.*  
*Eod. l. 32. de jur. dot.* VI. Comuni, *vid. Guid. Volater. t. 1 n.*  
*29.* VII. Alieno, *textus in l. 3. pen. C. de Metall. Dd. commun. Sixtin.*  
*d. c. 16. n. 39. 40. Faust. Cons. pro arar. in ord. 746. Conclusult Et*  
utilitas publica, quam promovet metallorum effossio, factum  
illud in alieno, alias illicitum, legitimum reddit, Dominus  
autem loci non fodiens, juri suo tacitè renunciat, per *l. fin. pr.*  
*de Nat. restit.* Hinc non obsunt à Duareno in *l. 13. §. 1. Commun.*  
*pred. & aliis dissentientibus objectæ l. 5. de j. & j. & l. 11. de R.*  
*J. Excipe, ut non liceat fodere in alieno. 1. ubi cessat utilitas*  
publica, ut: quia fossile vulgare eruitur. Casus est in *l. 34. de*  
*dol. mal. l. 13. §. 1. Commun. pred. l. 16. pr. de prescr. verb. Sixtin.*  
*d. l. n.*

*d. l. n. 42. 2. Si Domino fundi valdè ( non leviter ) noceat, text. in l. pen. C. de Metall. ibiq; gloss. l. 13. §. 5. de usufr. Sixtin. d. l. n. 48. 49. 50. 3. quando Dominus fodere vult, cedat extraneus. 1. quia illi lucrum loci præ extraneo debetur. 2. per l. 11. de R. Jur. 3. quia dominus ipse utilitatem publicam tunc promovet. Sixtin. d. l. n. 51. Dominus tamen extraneo adhuc cedat; Ubi hic 1. Venam jam occupavit. per §. 12. de A. R. D. 2. Fodere ante illum cepit: 1. quia res non est integra. 2. Ob sumptuum difficultatem, cujus respectu solus admittitur. Gøden. Conf. 2. n. 9. 3. ob publicam utilitatem, ut extranei eò promtiùs fodiant. Gøden. Conf. 3. de Aurifod. n. 19. & seqq. Sixtin. d. l. n. 52. His obstant. 1. l. 24. §. fin. l. 26. de damn. infect. l. 1. §. 12. l. 21. de aq. & aq. pluv. arc. (R. 1. Venas meas, vicinus meus non occupaverat. Itaque liberas ego occupo. 2. in aqua cessat utilitas publica.) 2. Metalla fructus fundi sunt. l. 7. §. 13. solut. matrim. At hi domini sunt. (R. sunt fructus, sed detecta. vid. l. 77. de contrab. Emt.) 3. l. 13. §. 1. Commun. præd. R. ibi 1. lapidicina detecta est. 2. cessat utilitas publica. Denique 4. Excipe jus Saxonicum quo fodere sub alieno domino invito non licet. Ita enim Landrecht l. 2. art. 35. Silber mag kein Mann brechen auff eines andern Mannes Gut/ohne des Willen/der die Statt ist. An vero ad hoc, ut fodere liceat sub alieno, necessariò præcedere debet Principis concessio vel investitura? Nego cum Gl. in l. 1. c. de Metall. & Sixtin. d. c. 16. n. 56. 57. Per text. generales in l. 1. 3. C. de Metall. Disf. Rosenthal de feud. c. 5. Concl. 90. n. 3. Heig. d. quest. 13. n. 27. 28. 29. Faust d. conf. 746. in fin. 1. quia fodinæ speciali jure nituntur, R. quoad hoc, jus speciale nullibi expressum est. 2. per C. un. 2. Feud. 56. R. Fodinæ ipsæ non sunt Regale. v. pos. n. 3. per l. pen. Cod. de Metall. R. non petitio ibi est concessionis, sed imploratio adversq; dominum fodere impediens. 4. quia ita vult consuetudo generalis Germaniæ teste Reinh. diff. jur. Civ. & Saxon. 144. part. 2. R. Unus consuetudinem non probat. Quare au-*

autem concessio petenda sit, *vid. pos. 11.* Sed annon Dominus ingressum fodiendi causa in fundum suum inhibere potest? Non potest. Dum enim lex vult consequens fossionem: vult & antecedens, ingressum in fundum. Ingressus autem qui concedente lege fit, inhiberi nequit. (Non ergò obstat §. 12. *vers. planè I. de A.R.D. Addatur Sixtin. d.l. nu. 41.*) Modò 1. Aditus alius ad fundum fodiendum non detur. 2. Usus superficiei fossor non corrumpat. *per l. 13. §. 5. de Usufr.* 3. Damnum datum sarciat. VIII. Feudali, quia fodina fundum facit fructuosorem *v. Membr. 3. pos. 1.* Vasallus verò conditionem feudi facit meliorem. 2. *Feud. 8. §. 1. inf.* Addatur Rosenth. *d. c. 5. Concl. 91 n. 1.* IX Emphyteutico. Zobel. 2. *diff. 42.* & hunc Emphyteuta meliorem reddit. *vid. Gothofred. in Rubr. C. de Jure Emphyt. sub. lit. Q. X. Usufructuario. per l. 13. §. 5. de Usufr.* & quia proprietatem meliorem facere potest *d. l. 13. §. 4. 5. SchneidW. ad §. constituitur. n. 5. de Usufr.* XI. Dotali *l. fin. de fund. dot.* quia fodinarum institutione fundus fit fructuosior. *Membr. 3. pos. 1.* adeoque melior. At melioratio merito concessa est.

7. Fodina.

Verfantur Metallarii & his constituta jura I. Circa *fodinas* institutas. Dixi supra vocem *fodina* sumi. 1. *Generaliter*, & esse quemcunque locum, qui foditur metallorum inquirendorum causa. Nobis est. *Ein Bergwerck.* 2. *Specialiter*, & esse locum certum, qui metallorum causa foditur. *Eine Grube.* Accipitur & 3. *specialissimè*, pro parte fodinae, quae introitum continet, Vocant aliàs Puteum, Specum. Metallariis est: *Ein Schacht.* Notentur hîc phrasæ metallicæ: Venas inquirere, est *Schürffen* / Puteum inchoare *Einschlagen.* Fodiendo descendere *sencken.* Puteus novam venam detegens, *Eine Fundgruben* Latini vocant caput fodinae vel dimensionum. Puteus in obliquum abiens, *Ein Flacher Schacht.* Aquae recipiendae causâ factus *Ein Wasserschacht.* *v. Agric. Vom Bergw. libr. 5,* Foramen sub terrâ jungens loca fossa duo, inter-

ter-



intermedio pariete haftenus disjuncta ein Durchschlag. Locus amplius fodinae, in hunc finem adaptatus, ut in eo fossa materia reponatur, ein Füllort. Locus, in quo aqua colligitur, ein Sumpff. Structuras ligneas fodinarum vocant das **Gezimmer** in den Schächten. Tigna structurarum vocantur **tragstempel / jöcher / donhölzer / wandruten / riegel**. vid. Agric. d. l. Sed Fodinae partes (civiles seu intellectuales) vocant **kuckes / Bergtheile**. v. Agric. d. tr. l. 4. p. m. 66 & seqq. Quidam partes fodinarum non admittunt teste **Fausten Con. pro arar in ord. 177. ex conf. illustr. Francof. 65. part. 2.** quia I. inter Regalia referuntur. in c. un. 2. Feud. 56. 2. aestimari nequeunt. R. nego utrumque, Haec verò partes civiles sunt immobiles. gl. & Dd. in l. 32. de jur. dot. Speidel. in Notab. voc. **Bergwerck Zobel. 3. Diff. 10. 1.** quia incorporales res, quae insunt rebus corporalibus immobilibus, immobilibus annumerantur. per l. 2. C. de servit. & aq. l. f. in f. C. de praescr. long. temp. Addatur Dominus Carpz. Syn jur feudal. disput. 4. thes. 26. seq. Subjectum verò partium, fodina, est res soli 2. per l. 3. §. fin. l. 4. 5. pr. §. 1. de reb. eor. qui sub tut. 3. quia nomine harum partium controversarum semper in loco fodinae agendum est, per ea quae habet **Berlich. Concl. 35. n. 4 part. 3.** Dissentiebant teste **Zobelio. d. diff. 10. n. 12.** Jcti Lipsienses suae ætatis, in quorum argumenta inquiri. d. l. n. 13. & seqq. Proventus autem fodinarum mobiles res sunt, Dn. Carpz. Ipr. forens. part. 3. Const. 25. Def. 2. n. 1. 2. 3. Nam I. moventur. 2. per l. 32. de Jur. dot. juncto pr. quib. al. lic. vel non. 3. l. f. de fund. dot. l. 7. §. 13. l. 8. solut. matrim.

Metallarii & jura fodinarum versantur II. Circa **Venas**, <sup>8. Vena.</sup> Situs montis internus dicitur, **Geschick. Vena** (est tractus seu meatus subterraneus, continens metalla) **Ein Gang / Strich**. Detegere venam einen Gang außrichten. Vena se provolvens das streichen des Gangs. Jacens, fundamentum das liegende, Pendens, tectum venae, das hangende. Vena in  
C pro-

profundum tendens, Ein gang der in die Tiefe felt / id quod  
 fit. 1. perpendiculariter der seigergericht in die Tiefe felt.  
 2. Obliquè ein flacher gang der in die Tiefe felt. Exitus venæ  
 (ubi detegitur) Das außgehende deß gangs. Venæ latae,  
 breite / at angustæ schmale gänge vocantur. Vena in trans-  
 versum montis se provolvens, Ein schwebender gang / flöße.  
 Ea continet originem, der Ursprung & finem das Ende. Est  
 eadem vel lata ein dicker schwebender gang / vel angusta ein  
 dünner schwebender gang. Vena quæ continuo meatu in  
 longitudinem profunditatis & latitudinem montis cohæret  
 Ein geschüttte / gestöck. Vena principalis (major ac plenior)  
 Ein Hauptgang. Minus Principales venæ (accessoriæ, prin-  
 cipalibus junctæ) Quergang. Hæ si disjungunt & intersecant  
 venam principalem Creuzgang / si attingunt & simul super-  
 siliunt gang die sich über den Hauptgang örtern / vel,  
 die den Hauptgang überfahrē / vel saltem attingunt, gänge  
 so sich zum Hauptgang örtern. Venæ plures principales si  
 junguntur, das zusammen fallen / oder stossen / oder kom-  
 men der gang. Venæ minimæ in transversum montis abeun-  
 tes schmale flöß. Terra, duas venas interjacens ein Reilberg.  
 Terra & lapides montis Berg. Hæc egesta, Hall der gruben  
 vocantur. Materia fodiendi dura, Festung / feste / mollis,  
 schnettig dicitur. Consulatur de his terminis *author anony-  
 mus Vom Ursprung deß Bergwercks Lipsia Anno 1616. in fol,  
 c. 3. per tot, Agricola, Vom Bergwerck libr. 3. Sunt & Venæ  
 latentes, vel detectæ, illæ fodina non sunt v, l, 77 de Contrab,  
 Emt, De latentibus quæstio est intricata, An sint eorum quo-  
 rum fundis subjacent? Placet affirmativa Molinæ de j, & j.  
 tom, 1, tr, 2, disput. 24, in pr, & Farinac, Var, quæst, 104. Inspect,  
 2, nu, 35, 1, quia venæ pars fundi sunt, per l, 44, de R, v, l, 11, pr.  
 Quod viant, clam, l, 61, §, 8, de furt, §, 29, 31, 32, J, de A, R, D,  
 Res autem soli Domini fundi sunt, d, l, 44, d, §, 29, 31, 32, Hinc  
 2. fructus fundi venæ dicuntur in l, 7, §, 13, 14, sol, matrim, qui  
 domi-*

domini sunt. *l. 53. de R. V.*, Undè 3. Dominus extraneum sub suo fodere volentem, repellit. *l. 13. §. 1. Commun, præd.*, Contrarium sentit Paul, de Castr, *Conf, 3. n. 4. Conf, 23. n. 1. part, 2.* quia 1. Venæ nullius sunt, ut nondum occupatæ. *§, 12, 22, J, de A. R. D. R.*, occupatæ sunt cum fundo, cui naturaliter adhærent. 2. Thesaurus latens Domini fundi non est. *§, 39. J, l. 31, §. 1. de A, R, D. R.* non est pars fundi. 3. Venæ ante detectionem non sunt. *l, 77, de Contr, Emt, R.* ibi lapidicina esse negatur, non lapides. 4. Venæ ab extraneo impunè occupantur. *pos. 6. R.* jus speciale est. Venæ tamen detectæ, sunt detegentis, etiam extranei. *per l. 1. §. 1. de A, P,* & quidem in totum, quia prehensio partis totius venæ possessionem tribuit *per l, 3, §. 1. Eod,* Dum hâc mente & cogitatione fit, ut totam venam possidere velit. *d, l, 3. §. 1.* Hinc vena occupata tendens sub fundum alterius, tota inventoris est. Rosenth, *de feud, c, 5, concl, 90. n, 8.* Adeò ut nec Dominus nec vicinus fodiens eam præripere possit.

Metallarii & jus fodinarum versantur III. circa *metalla 9. Metalla.*  
Vox metallum omne, quod exterrâ effoditur, apud Jctos. *l. 9. §. 23. l. 13. §. 5. de Usufr. l. 3. §. fin. ibiq, Gothofr. l. 2. de reb. eorum qui sub tut. & Physicos. teste Sennerto Natur. scient. l. 5. c. r. in pr.* continet. Chymici ac Metallarii metalla à mineralibus separant. Impropiè metallum est fodina *d. l. 3. §. f. l. 8. §. 4. 6. l. 38. de pæn.* Metallum nobis est *Erz/ Metall.* A materiâ contentâ, nomen speciale obtinet, ut: *Gold- Erz/ Silber- Erz/ Kupfer- Erz.* At ferrum & stannum non *Erz/* sed *Stein* vocantur, ut: *Eisen- Stein/ Zin- Stein:* Nisi mixta sint, ut: *Eisen- und Zin Erz.* Sunt autem metalla corpora, quæ è terræ visceribus effodiuntur, ad usum humanum. Frustrilium metalli ære dives, *Ein Handstein/ Stufe/ Vacuum Berg- art;* Illud planè purum ubi effoditur, *gediegen/* impuri quid continens, *Erz* vocatur. Metalla sunt vel nobiliora vel minus nobilia, vel mixta. *Nobiliora (die haupt M. tallen) Hei-*  
C 2 gio

gio 1. q. 13. n. 8. & Chymicis metalla in specie sunt, Species horum cum Farinac. d. q. 104. Inspect. 2. n. 34. & Chymicis constituo septem: 1. Aurum. l. 20. de furt. N. 105. c. 2. §. 1. A. B. t. 9. **Geld.** 2. Argentum. l. 12. §. 1. de A. R. D. Rubr. de Auro & arg. leg. **Silber.** 3. **Æs.** l. 5. §. 1. de R. V. l. 14. de contr. emt. seu Cuprum. A. B. t. 9. **Kupfer.** Cujus species est Orichalcum, de quo in l. 45. de contr. emt. **Messing.** 4. Ferrum. l. 11. 16. §. 7. de publican. **Eisen.** Cujus species Chalybs. A. B. t. 9. **Stahl.** 5. Stannum. l. 9. ad L. Cornel. de Fals. **Zin.** 6. Plumbum. l. 5. §. 1. de R. V. l. 242. §. 2. de V. S. **Bley.** 7. Chymici addunt hydrargyrum sive argentum vivum. **Quecksilber.** Minus nobilia metalla, quæ Chymici ac Metallarii mineralia appellant, sunt durissimæ substantiæ fossilia. In jure nostro hæc reperiuntur Species: 1. Lapidés vulgares. l. 9. §. 2. de Usufr. 2. Marmor. l. 78. §. 4. de leg. 3. **Marmelstein.** 3. Cos. l. 11. 15. de publican. **Werkstein.** 4. Saxa. l. 34. de dol. mal. **Steine.** Quæ vel calcaria. l. 5. §. 1. l. 6. §. 1. de S. R. P. **Kalcksteine.** vel arena. §. 2. ria. I. Eod. **Sandsteine.** 5. Gëmæ. Hæ regulariter lapides nō sunt. per l. 3. de R. D. l. 1. §. 1. de A. P. l. fin. §. 7. ubi Bart. de Publican. (Dis. Laur. Valla. 6. Eleg. ult. refutatus ab Alciato in l. 6. de V. S.) Excipe, si subjecta materia svadeat, ut vox lapidis ad gemmas trahatur, uti fit in l. 25. §. 11. de aur. & arg. leg. Gemmæ in jure sunt hæc: Sapphyrus l. ult. §. 7. De Public. Smaragdus l. 19. 17. de auro & arg. leg. Adamas. d. §. 7. Amethystus d. §. 17. Onyx d. §. 7. Chrysolitus seu Topasius d. §. 17. Beryllus. d. §. 7. De gemmis adde Sennert d. l. 5. c. 4. Ubi plures species Gothofr. in d. l. 19. §. 17. lit. B. Superfunt mixta metalla, media mineralia, teste Heig. d. q. 13. n. 10. appellata. Sunt I. Terræ, ut: Argilla, seu terra figulina. l. 6. pr. de S. R. P. **Dohn.** Creta. l. 77. de V. S. **Kreide.** II. Sales (fossiles) de salinis. in l. 11. C. de vectig. & commiss. Hodie in Hungariâ & Poloniâ sal effoditur. Heig. l. q. 14. n. 13. **Salz.** Alumen seu *sumneja*. l. 3. §. fin. de reb. eor. **Allaun.** III. Sulphura vid. Sennert. d. l. 5. c. 3. **Schwefel.** Sulphuris meminit l. 52. §. 8. de furt. Huc pertinet & electrum, de quo in §. 27. J. de A. R. D.

A. R. D. Contrafey. olim fossile erat, hodiè omne factitium est Faust. Conf. pro arar. in ord. 1118. IV. Bitumina & succi, de quibus vide Sennert. d. l. 5. c. 3.

Metallarii & jura fodinarum versantur. IV. Circa instrumenta Metallariorum. Der Bergzeug. Instrumenta subserviunt metallis: 1. Erueendis (Hauerzeug) cui labori mallei der Feustel/ Scheide/ oder Puchhammer/ inserviunt. Item Peuschel/ Keil/ Federn/ Blöz/ Riehaue/ Rizeisen/ Simmel/ Brecheisen/ Brechstange/ Bergeisen/ Sumpfeisen/ Eisen/ damit man Durchschläge macht. 2. Colligendis, Krabe/ Schauffel/ Erztröge/ Erzkübel/ Bergkübel/ Körbe/ Läderne Säck/ Lauffkarn (unirotus) Hund (quadriga minuta) 3. Extrahendis, sulcula, Der Haspel/ (partes habet: Die Hornstatt/ Hengbanck/ Haspelstüze/ der Rohnbaum/ das Haspelhorn/ oder Winde) funis vel catena, Seil/ Seilhacke. 4. Mensurandis, tum fodinis, der Berg Compas/ est instrumentum geometricum. Das Lachter/ (ultra major seu orgyja.) Tum metallis, Die Donne. 5. Aquas 1. extrahendæ: Pfüßeimer/ Wasserzüber/ Wasserkannen/ Ringbulge/ Wasserkünste/ Pumpen/ Heinken. 2. Abducendæ, Wasserseige (canalis) hujus pars est die Stärke. 6. Aeri immittendo & extrahendo, die Windfang. 7. Aliis rebus: die Fährten (scalæ) anse ferreæ, Farthacken. Brusbenlichter/ Unschlitdasche/ Eisenriemen/ Spizpfal (sella fossoris) Hæc instrumenta (ne utilitas 1. publica in decimis. 2. privata impediatur) privilegia l. 7. 8. Et authent. agricultores C. qua res pign. obl. habere existimo, quòd scilicet in ea executio fieri nequeat. Nisi 1. in subsidium per l. 4. C. de Exec. rei jud. 2. In debitis fiscalibus Gothofr. d. l. 7. lit. T.

Fodinæ ad Regalia pertinent. 2. Feud. 56. voc. Argentaria. 11. Regalia. A. B. t. 9. DD. commun. Nec verò vox Argentaria in d. c. 2. feud. 56. notat 1. jus argentarios constituendi, uti ex l. 4, 5. 6. de Edend. concludit Gøden. Conf. 3. in questione n. 1, 2. locum publicum,

cum, in quo argentum venditur, prout vult *Gl. in l. 32. de contrab. emt. per d. l. 32. sed 3. Argentifodinas per A. B. t. 9. juncto t. t. 2. Feud. 56. DD. commun. in l. 3. C. de Metall. § 2 Feud. 56.* Intellige autem ad Regalia pertinere, non fodinas ipsas, aut venas loci *i. publici*, quia hæc jure communi proprietate sunt *fisci*, non ergò singulari jure Regalium. Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 88. num. 5. lit. E. 2. Privati. per l. 9. §. 2. 3. de Usufr. l. 3. pen. C. de Metall.* Heig. *i. q. 13. n. 18.* & venæ sunt Domini fundi. *pos. 18.* Non ergò imperii & Regalium, seu Principis. Farin. *var. quest. 104. Inspect. 2. n. 35.* uti tamen vult Goeden. *Cons. 2. n. 1.* Nec verò hæc jura correctæ sunt: *1. per 2. Feud. 56.* quia expressè nihil corrigit, Correctorium itaq; capitulum non est. Don. *1. Comm. 12. Sneider W. §. constituitur. n. 5. 6. de Usufr. 2. per A. B. t. 9.* Nam Carolus IV. tale jus concessit, quale ipse habuit. (Non etiam obest *l. 1. ibi: si qui sponte conduxerint. C. de Metall. l. 17. in f. de V. S. v. Gothofr. Gl. in d. l. 1. Farin. d. Inspect. 2. n. 35.*) Wesembecius autem hic excipiens auri & argentifodinas *Cons. 45. n. 24. rectè ex l. 13. § 5. de Usufr.* refutatur à Rosenth. *d. c. 5. Concl. 91 l. B.* Excipe tamen cum Rosenth. *d. Concl. 90. n. 3. l. c. n. 12. inf. § Lit. L.* si consuetudine speciali contrarium sit receptum. Consistit autem *Objectum* Regalium: *1. in Decimis* *fisco* debitis, non solis, ut est opinio *DD. commun.* quam *citat. Sixtin. d. c. 16. n. 45.* quia insufficientis ac indignum tanto jure esset *objectum*. Sed *2. in jure Domini* universalis, quod cernitur in dirigendo labores ac proventus fodinarum in utilitatem publicam. *3. In jure jurisdictionem* in fodinas ac Metallarios exercendi. *v. pos. 2. 4.* In jure constituendi *Inspectores*, ne in decimâ fraus committatur. *Sixt. d. c. 16. n. 72. 5.* In jure *investituras* concedendi. Farinac. *d. Inspect. 2. n. 45. 47.* (Non *1.* quia fodinæ sunt Principis. *v. supr. 2.* Ut fodiendi facultas concedatur. *v. pos. 6.* sed *3.* Ut investitus jus nanciscatur excludendi alios in fodiendo *v. membr. 3 pos. 4.*) *6. in jure in fodiendo*, sive in publico sive in privato loco citra specialem

lem alterius concessionem alios repellendi Farin. d. In sp. 2. n. 47. 50. 7. in jure in publicis vel propriis locis absque decimarum ullarum gravamine fodiendi. Goed. Conf. in ord. 3. n. 9. 8. In jure aurum & argentum præ aliis emendi. Faust. Conf. pro a. r. ar. in ord. 177. 9. in jure in casu, ubi à fodiendo Metallarii desistunt, vel ipse fodiendi, vel alii fodiendi jus, exclusis illis concedere. Heig. 1. quest. 13. n. 50. 10. In jure ut hæc omnia & singula jura exerceat, alii specialiter conferendi. Exempla habes in pos. 5. Non tantum autem auri & argenti fodinæ solæ (uti vult Wesemb. Conf. 60. n. 30. 1. per 2. Feud. 56. 2. quia utilitas in reliquis metallis deficit. 3. quia jus *ωεργιων* Principi in reliquis metallis non competit,) sed omnia metalla ac mineralia. (1. per l. 1. 3. & t. t. C. de Metall. 2. per 2. Feud. 56. verb. Salinas. 3. per A. B. tit. 9. 4. quia in aliis metallis non deficit utilitas publica) ad Regalia spectant DD. commun. Sixtin. d. c. 16. n. 23. & seqq. Heig. d. quest. 13. n. 27. 37. Nisi statuta & consuetudines fodinarum specialium sint in contrarium. Rosenth. d. c. 5. Concl. 89. in f. ut in Saxoniâ Heig. d. l. n. 34. & 43. Ad dissentientium argumenta respondeo ex rationibus confirmandi. Rectè itaque ad Regalia refert: Ferrum Rosenth. d. Concl. 88. lit. D. pretiosos lapides, Marmora. Sixtin. d. c. 16. n. 31. Salinas. Sixtin. 2. de Regal. c. 19. n. 12. Alumen. Heig. d. quest. 13. n. 38. Vitriolum. Arnif. de jur. Majest. lib. 2. c. 5. n. 4. Lapid. l. 2. 3. ibiq. Br. C. de Metall. Cretam, Guido Volater. de Metall. t. 1. n. 19. Cotes. Paul. de Castr. Conf. 23. n. 2. p. 2. Argillam. Rauchb. 1. quest. 22. n. 11.

Forma Essentialis interna & externa metallorum Physicos spectat, de eâ Senert. Natur. scient. libr. 5. Magir. Physiol. libr. 5. Accidentalibus verò forma Jctos tangit. Consistit ea, 1. In acquirendo, ubi modi acquirendi considerandi sunt. Hi oriuntur: 1. Ex jure in Re, ex quo est 1. Hereditas, nam & fodinas hereditate nanciscimur. 1 per l. 59. 62. 177. de R. I. 2. per l. n. Eod. per l. 59. §. 1. de Hered. Inst. Addatur Rumelin. ad A. B.

12. Modi acquirendi.

Disp.

*Diff. 8. tb. 15. Diss. Farin. d. insp. e. n. 46. ad Dominum fundi mortuo inventore jus fodiendi transire putans, nec ad heredes fodientis pervenire. 2. Occupatio, occupamus venas i. nostras, fundo nostro subjectas. 2. nullius, vel i. juris interpretatione, alieni fundi nondum detectas. 2. Verè, fodinis à fodiente derelictis animo eas non habendi. per §. 47. de A. R. D. Modò concessio Principis præcedat. Sixtin. d. c. 16. n. 65. aut juris fictione, ob negligentiam fodientium, vid. Memb. 4. pos. 4. 3. Inventio, non venæ. per §. 18. 39. de A. R. D. sed metallorum solutorum. per d. §. 18. Quò pertinet aurum, quod in arenâ fluminum reperitur, teste Heig. 1. quest. 13. n. 47. 4. Alluvio, vel partis latentis, §. 20. vel visibilis, accrescentis. per §. 21. de A. R. D. si metalla advehat. Br. tract. de Flum. Tiber. part. 1. pr. & verb. Adjecerit. 5. Traditio, tam fodinarum, quàm metallorum. per §. 40. de A. R. D. 6. Specificatio, §. 25. de A. R. D. l. 5. §. 1. de R. V. 7. Confusio. l. 3. §. fin. de R. V. 8. Commixtio. per §. 28. de A. R. D. 9. Adjunctio, est duorum metallorum, quæ conjunguntur, sed non commiscentur. Fit hoc ope: 1. Ferruminationis (modum & exempla habes in l. 23. §. 5. de R. V.) vid. d. §. 5. vers. dicit. enim. 2. Plumbaturæ (modus in d. §. 5. exempla in l. 27. pr. de A. R. D. l. 7. §. 2. ad Exhib. ) v. d. §. 5. 3. Inclusionis v. l. 19. §. 13. 15. 16. fin. l. 20. de aur. & arg. leg. 10. Concessio superioris expressa 1. per privilegium vel generale seu legem v. l. 9. A. B. vel speciale certæ personæ datum. ut: Olim Electori Saxonæ, hodie Statibus Imperii v. pos. 5. 2. Per investituram, saltem abusivam, quia hæc in incorporalibus loco traditionis est. per l. 3. vers. dare autem. de V. usufr. l. fin. de servit. Sixt. de Regil. libr. 1. c. 3. n. 24. Conceditur: Jus 1. Regale fodinarum, idq; vel in totum per l. 10. pr. de Public. Sixt. d. c. 5. n. 1. vel pro parte, ut: Decimarum fisci (pars enim Regalium sunt.) 2. Fodiendi privatis. II. Præscriptio (concessio tacita) I. Juris Regalis montium. Hoc præscribitur vel à fodiente contra superiorem, tempore immemoriali (i. pos. c. 26. vers.*



*vers. Prætereade V. S. 2.* quia Juri publico tanto tempore præscribitur. Arnold. Reyg. *Thesaur. jur. voc. Regalia n. 64.*) Sixt. *d. c. 16. n. ult.* non decennio, uti volunt DD. *communiter* teste Sixtin. *de Regal. libr. 1. c. 5. n. 133.* vel ab Extraneo pari, qui Regalia habet, contra Regalia possidentem, tempore immemoriali. Ratio quia uti in concessione expressâ specialis permissio: Ita in tacitâ singularis præscriptio (qualis est sola immemorialis, exinde privilegiata dicta) requiritur. Et hoc verum est sive possideat cum: Faust. *Cons. pro arar. in ord. 547. in fin. (ubi longi)* sive sine titulo (ubi *longissimi* temporis præscriptione opus esse putat *per l. fin. in fin. C. de long. temp. præscr. Rosenth. de Feud. c. 5. Concl. 17. n. 1. 2.*) Faust. *d. l. II. Fodine & partium ejus inter privatos, præscribuntur longo tempore juxta pr. l. de Usucap. quia res immob. sunt v. pos. 7. III. Decimarum.* Hæ præscribuntur vel à fisco contra fodientem liberum, tempore immemoriali, quia hæc præscriptio contra jus & libertatem est. Rosenth. *d. Concl. 17. inf. & decimæ fiscales ut Regale percipiuntur. Vel à fodiente contra fiscum, ne decimas præstet, vel ullas, & immemoriali. supr. vel debitas, & hæ longissimi temporis præscriptione 30. vel 40. ann. intereunt per l. 4. C. de præscr. 30. ann. junct. l. 12. de compens. (non obst. §. 4. J. de usucap.)* At privatus contra fodientem liberum ut sibi decimæ fiscales solvantur præscribere nequit, quia Regalium non est capax *v. pos. 5.* Potest tamen perceptionem Decimarum, ut jus aliquod incorporale sibi debitum, præscribere longo tempore. *per l. fin. inf. C. de præscr. long. temp.* IV. Decimarum Domino fundi debitarum. Hæ præscribi nequeunt, Sixtin. *d. c. 16. n. 77. per l. 206. de R. I. 12. Legatum. Legantur: 1. Fodinæ. l. 32. §. 2. 3. de Usufr. leg. 2. Proventus. per l. 39. §. 4. de leg. 1. 3. Servitus, tum personalis. arg. l. 9. §. 2. 3. junct. pr. de Usufr. tum realis, ut: arenæ fodiendæ. §. 2. l. de S. R. & V. P. Cretæ eximendæ. l. 5. §. 1. de S. P. R. lapidis eximendi. l. 6. §. 1. Eod. Modi acquirendi juris ad rem sunt: Donatio. l. 6. de*

D

Donat.

*Donat. Dotis constitutio. l. fin pr. de Fund. dot. Emtio. per l. 77. de Contrab. Emt. Locatio conductio. per l. 11. C. de Vectig. l. 52. §. 8. de furt. Societas. per l. 1. Quodcujusq; univ. Hanc utilitas & necessitas fodinarum requirit & consuetudo firmat. v. Sixtin. d. c. 16. n. 68. Literarum obligatio Zobel. 3. diff. 10. n. 14. Contractus innominati. l. 16. de prescript. verb.*

13. Labor.

Accidentalis forma cernitur II. in labore perficiendo. Hic diversus, varia sortitur nomina. **Berpfenden** est ædificatum cuneis firmare. Actus extrahendi primus est: **Seil und Rübhel eingeworffen**. Si locum fodinæ fodiendo inchoant, vocant **angefessen**. **Erz/ Wasserstürzen** idem est quod vulgò **Schütten** Quando materiæ durissimæ ingentem quantitatem dejiciunt, vocant **Wandgeworffen / abgetrieben**. Venam fodiendo transgredi est **den Gang verschremmen / verfahren / aufffahren**. Transgressam venam requirere & persequi, **nachschlagen**. Diverberare metalla **Erzbochen / vulgò est zerflöpffen**. Haurire & infundere aquam **Einpfüßzen**. Tempus metallico labori destinatum, nominant **Schicht**. Hoc vel breve est 8. horarum, die kurze **Schicht / vel longum, 12. horarum, die lange vel Ruhe Schicht**. Mensurare est **Marscheiden / Marckscheiden abziehen**. Artem mensurandi singularem & rem miram vocat **Heig. 1. quest. 13. n. 53**, Eam describit **Agric. vom Bergw. lib. 5**. Certitudinis causâ in superficie terræ exteriori certum campi spatium fodientibus assignari solet, cujus metas fodiendo egredi supra vel infra terram non licet. Campum ad mensum vocant: **Ein Feld / Besbiete** Lapidés terminales campi ad mensi dicuntur: **Marcksteine Lochsteine**. Terminus ipse est **eine Marckscheide**.

14. Finis.

Finis I. *Fodiendi* olim erat Aluminis inquisitio, si credimus **Besold. Tb. Pr. voc. Bergw.** Nobis est metallorum ac mineralium necessariorum & utilium exemptio usus causâ. II *Juris fodinarum*: Tranquillitas publica, privata. Defensio proborum. Justitia, Litium obstructio. Rei metallariæ promotio.

v. R. d.

v. Königl. Böhem Bergkr. lib. 1. c. 2. §. die Uhrbührer ha-  
ben.

## M E M B R U M III.

*Delineans.*

### Jus ipsum Fodinarum.

Effectus fodinarum cernitur in facultate seu potestate personis in fodinas ac metalla actu competente. Consistit autem illa facultas vel in jure constituto vel in actione, quæ ex isto jure oritur, inque judicio exercetur. Jus constitutum concernit tum personas, tum res. In rebus occurrit fodina & fructus ejus. Personæ sunt; 1. Principales. 2. Princeps. 3. Dominus fundi. 4. Fossores. Horum tum commoda, tum incommoda, considerata venient.

*Dispositio.*

Fodina de novo instituta fundum *fructuosiore* reddit. *1. Fodina*  
*l. 7. §. 13. 14. Solut. matr. Diss. Cujac. 15. Obs. 21. 1. per l. f. ibi: Et*  
*fundus deterior. de fund. dot. R. rejicitur in vers. Nec puto. 2.*  
quia lapides, de quibus *in d. §. 13.* non sunt in fructu. R. 1. sunt  
*in pos. 2. 2. Concedendo, & fundus tamen potest esse fructuo-*  
sior. Scrutando enim & detegendo venas metallorum fundus  
multis casibus fit *fructuosior*. Ut: si fodiatur prædium 1. Steri-  
le naturâ, ob pretium proventuum metallicorum. Duar. *in*  
*l. fundus. §. si vir. sol. matr. 2. Fructuosum, si plus commodi ex*  
proventibus fodinæ, quàm fructibus annuis proveniat. Bach.  
*vol. 2. D. 20. th. 6. l. C. ad verba: Atq; ita marito. p. 236. 3. Fru-*  
ctuosum, ubi metalla ei accedunt absque læsione agrorum. 4.  
Fructuosum læsum, si lapis renascatur: casus, *in d. l. 7. §. 13. Ber-*  
*lich part. 3. Concl. 35. n. 14.* Lapis enim tunc verus fundi fructus  
est. Eoq; fructus fundi non tollitur. E contra casus, quibus fo-  
diendo & metalla eruendo fundus *deterior* redditur, recenset  
JCrus Ulpianus *in l. 13. §. 5. 6. de usufr.* sequentes: ubi 1. agri pars

necessaria fossione occupatur. 2. agriculturæ nocetur. 3. plus reditus in vineis, arbutis, olivetis est. 4. fodinæ cœlum agri corrumpunt, 5. Eadem magnum apparatus desiderant. Cæterùm *loca*, in quibus fodinæ sunt, aut metalla tractantur, (uti sunt: Die zechen / gruben / hallen / hütten / Puchwercke / Bergschmiede.) jure communi metallico à Principibus territorii ipso jure sancita intelliguntur, teste Löhneyß vom Bergw. lib. 8. p. 220. Idque ideò, ut pax publica eò magis colatur.

*Proventus* (die Ausbeute) seu fructus est omne id, cujus gratia fodina instituta atque aperta est. Ut: Creta, argentum, aurum, arena, vel cujusvis alterius materiæ l. 7. §. 14. solut. matrim. sulphur, æs, ferrum, & cæterorum metallorum l. 13. §. 5. de Usufr. & omnia relata Membr. 2. pos. 10. Metalla itaque sunt *fundi fructus*. per l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. de Usufr. l. 7. §. 13. 14. l. 8. solut. matrim. l. 77. de V. S. non naturâ, quia non renascuntur, nec perpetua sunt, sed juris interpretatione, dum (ob eorum utilitatem & quia ex fundo copiosè nascuntur) habentur pro fructibus l. 7. §. 14. solut. matr. adde l. 9. §. 2. de Usufr. Denique hic usus fundi metallici est, ut metalla cædantur: at usus fundi fructus est, v. l. 26. de usur. Duaren. in d. l. 7. §. 13. verb. *Renascatur*. Excipe hic metalla *renascentia*, quæ veri fructus sunt. *Saxonum* etiam jure *proventus fodinæ dotalis*, non fructus, sed bona paraphernalia sunt. text. in part. 3. Const. Elect. 25. §. Wenn aber bey leben. An autem lapides etiam non renascentes in fructu sunt? Ajo, per l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. de Usufr. l. 8. solut. matr. l. 77. de V. S. Gœdd. in d. l. 77. nu. 8. 9. Modò lapidicinæ vel veteres sint. per d. l. 9. §. 2. d. l. 8. vel noviter institutæ fundum non lædant. d. §. 13. ibi: *fructuosiore fecerit*. Diss. Cujac. 15. obs. 21. 1 per d. l. 7. §. 13. ibi: *quia nec in fructu est marmor*. Resp. ibi fundus deterior est. 2. per d. §. 13. ibi: *Et impensa non est ei præstanda. junct. t. t. de impens. in res dot.* Resp. 1. Fundo deteriorato non fructuosiore reddito, maxime impensæ red-

reddendæ sunt. per d. §. 13. l. f. de fund. dot. 2. d. §. 13. de fructuum, non rei (vid. pos. 7.) impensis loquitur. 3. l. fin. ibi fundus deterior factus, de fund. dot. Resp. concedendo lapidem tunc in fructu non esse. Fructus dividunt: I. in naturales (quos natura producit ex ipso corpore rei sponte ac naturâ per l. 45. de Usur. ut metalla renascentia.) vel industriales (naturâ producti præcedente operâ humanâ. d. l. 45. vers. illas tamen. ut: metalla regulariter omnia. per l. 28. de Usur. junct. arg. l. 25. §. 1. Eod.) vel civiles (non ex ipso corpore rei nati, sed occasione rei jure permittente percepti. l. 121. de V. S. l. 62. vers. Nam etsi de R. V.) Hi ex fodinarum locatione licitâ l. 13. de Public. l. 52. §. 8. de furt. debentur. II. Naturales vel solo adhuc cohærent. l. 61. §. pen. de furt. Noch stehende Früchte. vel separati sunt à solo l. 78. de R. V. Eingennommeene Früchte. Separantur metalla, dum ea cædimus. Separata metalla vocant gewonnen Erz. Sunt vel cæsa tantùm, vel simul exportata l. f. de fund. dot. l. 7. §. 13. sol. matrim. III. Naturales & Civiles sunt vel percipiendi, qui percipi reipsâ potuerunt ac debuerunt. l. 25. §. 4. de Hered. petit. l. 33. de R. V. vel coacti, qui novam vel interiorem, vel exteriorem speciem acceperunt: Casus in l. 78. ibique Gothofr. lit. B. de R. V. ut: metalla excocta & purgata recrementis: vel percepti, qui ad nos jam pervenerunt l. 4. §. 1. de Reb. Cred. §. 35. 36. l. de A. R. D. Percepti dicuntur, sed adhuc jacentes d. l. 78. vers. perceptionem. Et adde in terminis l. f. de fund. dot. l. 7. §. 13. solut. matrim. Collectio ergò aut repositio in locum destinatum, das ist gar auß dem Bergwerck abgehølet seyen/ non requiritur. Jungatur Dn. Carpz. Ipr. For. part. 3. Const. 25. Def. 2. n. 6. seqq. Percipimus fructus I. Naturales, separando à solo, cui adhærent. l. 78. vers. Perceptionem. de R. V. Don. 4. Comin. 25. circa f. Fit separatio vel citra factum humanum (v. l. 13. circa f. ibiq. Gothofr. l. d. Quib. mod. ususfr. amitt.) vel facto præcedente, tum domini solius, tum alterius. l. 12. §. fin. de Usufr. Extraneus separans, domino semper acquirit, etiamsi suo nomine



mine separet, *d. l. 12. §. f.* Dominus enim jure soli habet res solo coherentes. *§. 31. de A. R. D.* quale jus rei coherens, separans facto suo Domino intervertere nequit *per d. l. 12. §. fin.* Usufructuario non semper acquirit, sed tantum si usufructuarii nomine *per d. l. 12. §. fin. & l. 38. de Usufr.* separat. Ratio, quia jus percipiendi jure ususfructus personæ usufructuarii adstrictum, est *§. pen. I. de Usufr. l. 66. in fin. de Jure dot.* Addatur *Dn. Hahn. in Animadvers. Wesemb. tit. Quib. mod. Usufr. amit. n. 3. 2.* Civiles, ipso jure, statim enim deberi incipiunt ex obligatione purâ aut in diem. *l. 213. de V. S. §. 2. I. de V. O.* non conditionali. *§. 4. I. Eod. d. l. 213.* Heres Usufructuarii mortui accepisse pensiones rei locatæ intelligitur, si Conductor fructus jam percepit. *per l. 26. §. 8. de Usufr.* Cæterum metalla dispescunt in *renascentia*, quæ fodinâ excisâ, naturæ operatione recrescunt. Uti lapides Galliæ, Asiæ *l. 7. §. 13. solut. matrim.* Italiæ. *Plin. 36. c. 15.* salis fodinæ quædam *v. Gothofr. in d. l. 7. §. 13. lit. D. & non renascentia*, quæ excisa non redeunt.

3. Principa-  
lium com-  
moda fun-  
dantur.

Principalium commoda oriuntur ex jure 1. *Domini* tum directi, quo possidentur fodinæ fundi: 1. Proprii *per l. 44. de R. V. l. 61. §. 8. de furt. & harum proventus. l. 25. pr. §. 1. de Usur. §. 36. I. de A. R. D.* 2. Alterius, ab alio institutæ (*Diss. Wesemb. Conf. 45. n. 24 part. 1. Gœden Conf. 2. n. 4. in fin. v. Membr. 2. pos. 6. tum utilis, (de quo Besold. Th. Pr. voc. Eigenthumb.)* vel 1. In fodinâ tantum, si de iis quis investitus sit. vel 2. In fundo, in quo fodina jam existit ipso actu. *per l. 8. solut. matrim.* ubi proventus sunt domini utilis. *per d. l. 8.* Nisi directus dominus fodinas sibi reservaverit. *d. l. 8.* vel 3. In fundo, in quo fodinæ postea deteguntur, ubi commodum fodinarum est utilis domini *Garl. de Expens. & Metiorat. c. 22. n. 47. vers. alter casus. per l. 9. §. 3. de Usufr.* Modò Dominus utilis ipse venam detegat. Nam alio detegente, decima ipsius est, ut Domini fundi. Iaque fodinæ & proventus metallici sunt Vasalli. *Sixt. de Regal. lib. 2. c. 26. n. 88. Rosenth. de feud. c. 5. Conclus. 91. n. 2. Garl. d. l. Emphyteu-*

tæ

ta. Garf. d. n. 47. Bocer. Cl. 2. disp. 14. lb. 50. Sed & mariti sunt  
proventus fodinae dotalis, constante matrimonio. Garf. d. l.  
Nam & hujus dominium dotis est l. 23. C. de jur. dot. II. Possessio-  
nis, tali jure fodinas habet bonae fidei possessor, sed ille, qui a-  
nimo & opinione domini, seu ut suum, possidet: Quia usuca-  
piendi conditionem habet l. 74. de Contrab. Emt. Hujus quoque  
proventus metallici sunt. per l. 28. pr. de Usur. l. 48. pr. de A. R.  
D. l. 4. §. 19. de Usucap. l. 48 §. pen. furt. Qui verò fodinam non a-  
nimo domini sed ut alterius, bonae fide possidet (ut: Creditor,  
precario rogans) bonae fidei possessor non est. v. l. 13. §. 1. de pu-  
blic. in rem act. III. Servitutis. Ita fodina est Usufructuarii. per  
l. 9. §. 2. 3 l. 13. §. 5. de Usufr. Garf. d. n. 47. vers. vers. in fructuario.  
Sixtin d. c. 16. n. 36. Habentis servitute realem in fodinam al-  
terius. l. 5. §. 1. l. 6. §. 1. de S. R. P. sed quatenus concessum est exi-  
mere metalla ad praedii dominantis utilitatem. dd. ll. atque ita  
differt ab Usufructu. Gothofr. in d. l. 5. §. 1. l. 7. IV. Usufructus  
ex Speciali legis dispositione competentis. Ita fodinae fundi  
adventitii liberorum ad patrem spectant. per l. f. C. de bon. qua-  
lib. V. Conventionis. Hoc jure est fodina 1. Pignolata, Credi-  
toris. Hic proventus non habet, nisi adjecto Antichreseos pa-  
cto. per l. 54. pr. de furt. de quo alibi. 2. Conducta, coloni, cu-  
jus etiam fructus sunt. per t. t. Locat Publicani, de quo in l. 1 pr.  
Quod cujusque univers. l. 13. de Public. l. 17. §. 1. de V. S. l. 11. C. de Ve-  
tig. Et hi omnes Civiles quoque fructus acquirunt arg. l. 59 §.  
1. de Usufruct. junctam l. 52. §. 8. de furt. item per l. 17. §. 1. de  
V. S.

Commoda autem consistunt in facultate: 1. Alienandi  
fodinas. per l. 77. de Contrab. Emt. metalla. l. 1. voc. distrabant. C.  
de Metall. l. 32. §. 3. de Usufr. leg. 2. Possidenti tam fodinas  
Paul. de Castr. Conf. 3. 4. 23. 140. part 2. quam proventus per l. 30.  
§. 1. de Usucap. 3. Pignorandi fodinas. per l. 9. §. 1. de Pign.  
& Hypoth. juncto arg. l. 77. de Contrab. Emt. & teste expe-  
rientia. v. prejud. apud Dn. Carpz. Ipr. For. part. 1. Const. 32. def. 61.  
adje-

adjecto etiam pacto antichreseos. v. Dn. Christoph. Philip.  
Richter. Decis. 74. n. 14. 15. part. 2. Quid si in fundo pignorado  
fodinæ aperiantur? Et has pignori obligatas intelligi, statuit  
Mercur. Merlin. de pign. & bypotb. 1. quia pars fundi sunt. 2.  
per l. 9. §. 3. de Usufr. 3. quia pignori accedunt. Simul ergò obli-  
gatae censentur. per l. 16. de Pign. & Hypotb. 4. Locandi & fodi-  
nas per l. 52. §. 8. de furt. & metalla, eaque tum operis faciendi.  
v. l. 13. §. 5. ff. §. 4. J. de Locat. tum usus gratiâ, vel ad quem de-  
stinata sunt ( Quia usu finito reddi possunt ) vel ad ostenta-  
tionem & pompam. per l. 3. §. fin. l. 4. commod. Adde l. 28. de  
Usufr. 5. Servitatem imponendi, vel realem 1. Fodinæ debi-  
tam v. l. 3. §. 2. de S. P. R. l. 8. §. 5. vers. Alfenum. si serv. vind. 2. à  
fodinâ alii prædio debitam v. l. 1. §. 1. l. 5. §. 1. l. 6. §. 1. de S. P. R.  
§. 2. Eod. In proventibus fodinarum servitus realis, nec agens.  
per l. 8. de Servit. nec patiens. per l. 15. pr. Eod. constituitur;  
vel Personalem, ut: Ususfructum. l. 32. §. 2. 3. de Usufr. leg.  
Imò fodinæ fundi generaliter legati, vel nunc existentes l. 9. §.  
2. vel de novo repertæ. d. l. 9. §. 3. l. 13. §. 5. de Usufr. fructuarii  
sunt, sive Dominus fundi d. §. 3. sive fructuarius eas reperiat.  
d. §. 5. Metalla verò cruda non veri. per §. 2. vers. Exceptis. de U-  
suf. l. 9. §. 4. ad Exhib. l. 1. inf. de Usufr. ear. rer. constitutionem  
admittunt. At in factis & ad certum usum destinatis metallis  
ususfructus verus constituitur v. l. 28. de Usufr. 6. Prohibendi  
alios fodere. Hæc facultas fodinarum Dominis actu primo  
inest, quia 1. prior tempore, potior jure est. 2. Primò fodiens  
rem nullius jam occupavit, alii ergò libera amplius non est.  
3. Primò fodiens labores ac sumtus difficiles fecit, æquum  
itaque est, ne alius invito eo admittatur. Ut verò hæc prohi-  
bendi facultas actu secundo competat, Principis concessione  
opus est, qui, summus Monarcha, actiones bonaque subdi-  
torum ad utilitatem communem dirigens, ex justâ causâ pro-  
hibere & primò fodientem, & alios potest. 7. Fundorum Do-  
minis utilibus, item possessoribus bonæ fidei, & usufructu-  
ariis



ariis novas fodinas utiliter aperientibus, facultas datur vel meliorationes deducendi, vel impensas factas recipiendi. De quibus, in *pos. 7.*

*Dotales* fodinae multa specialia habent: Matrimonio §. Fodinae do-  
tales.  
1. durante proventus omnes percepti Mariti sunt jure civili. *l. f. de fund. dot. l. 7. §. 13. l. 8 solut. Matrim.* Gøden. *Conf. 2. n. 5.* ex ratione *l. 7. pr. de jur. dot.* non Saxonico, Dn. Carpz. *d. Const. 25. def. 3. n. pen.* (Diss. Cöler. *Decis. 286. n. 155.*) Ratio in *pos. 2. 2.* Solutio: Jure i. Civili, proventus in dotem dati ut res fungibiles, in eodem genere: *l. 42. de jur. dot.* sin æstimati (juxta *l. 10. §. 4. Eod.*) in pretio. *l. 5. C. eod.* at ut species, re ipsa *l. 50. Solut. matrim.* restituendi sunt. 2. Saxonico, dos immobilis (partes fodinarum. Nov. Elect *5. part. 3.*) reddenda, mobilem (metalla caesa Dn. Carpz. *d. l. n. 11.*) Maritus retinet *Land R. art. 31. lib. 3. We-semb. d. 27. ff. Solut. Matr. n. 6.* Non tamen ejus heredes *part. 3. Const. 25. §.* Wo dann das Weib. Sed hi unà cum pretio proventuum consumptorum constante matrimonio. Dn. Carpz. *d. Const. 25. def. 4. per tot.* uxori superviventi restituendi sunt. Ratio quia non fructus sed paraphernalia bona sunt *pos. 2.* quorum consumptorum æstimatio viduæ debetur. Ergò Saxo-  
*num* jure Proventus metallici indistinctè uxoris sunt, Berl. *part. 3. Concl 35. n. 7. 8.* Nisi renascantur. Berl. *d. l. n. 15.* Jure verò civili proventus ultimi anni pro ratà temporis, quo matrimonium duravit, Maritus & Uxor, eorumve heredes dividunt. *l. 7. §. 1. solut. Matrim.* Don. Hill *14. comm. 7.*

Commoda rei sentiens & onera ejus ferat. *tit. I. de Legit. 6. Onera.*  
*Patr. tut. l. 13. §. 1. de A. P.* Onera fodinarum sunt: I. Refectio earum collabentium, quæ in arbitrio pleni Domini est *per l. 21. C. mandat.* Non tamen impunè eam semper negliget *v. Membr. 4. pos. 4.* Communis fodinae socii cogere se invicem ad reficiendum possunt, saltem indirectè, recipiendo impensas factas. *v. l. 52. §. 10. pro soc. l. 32. de damn. infect. l. 4. C. de edif. privat.* e contra refectionem inhibere nequeunt. *per dd. ll.*

E

Ratio

Ratio, utilitas (hic) fodinarum publica. Dn. Carpz. *d. part. 3. Const. 31. Def. 11.* Non ergò obst. *l. 28. Commun. divid.* Adde Gl. Goth. *in d. l. 28.* Usumfructum, Usum, Servitatem, pignoris jus, dominium utile in fodinis habentes, Dominos veros ac directos, ut collapsas (*ex parte*) fodinas restituant, cogere nequeunt. *arg. l. 7. §. 2. vers. hactenus de Usufr.* Nec contra hi illos. *d. vers. Hactenus.* Etsi enim impensas repetere possint, nemo tamen jure cogitur ad obligationem in se suscipiendam *l. 16. §. 14. in fin. ad Scutum Treb. Garf d. tr. c. 11 n. 26.* Excipe 1. Si horum dolo, latà, levi culpà deterioratio facta sit. *arg. d. vers. hactenus. l. 58 seq. de leg. 1. Garf d. c. 11. n. 30.* 2. Si impensa sint modica. *d. l. 7. §. 2. Adde l. 7. C. Eod.* quia fructuum causa plerumque fit, quæ non repetitur. *l. 7. §. f. solut. Matrim. l. 12. de impens. in res dot. fact.* Cæterùm Domini veri & directi refectionem his inhibere nequeunt. *d. l. 7. §. 2. & per l. 1 §. 1. si ususfr. pet. & l. 10. de S. V. P. obst. l. 61. de Usufr.* Resp. ibi nova res fit. *v. Don. 10. Com. 10.* II. Restitutio impensarum ab aliis in fodinâ factarum. *vid. pos. seq.* III. Præstatio decimarum tum Principi, tum fundi Domino. IV. Exsolutio mercedis fossoribus debitæ.

7. Impensa.

*Impensa* sunt omne id, quod fundi meliorandi causâ erogatur. Impensas *perpetuas* seu rerum (ad perpetuam, hoc est, durantem per aliquot annos, utilitatem rei fiunt. *l. 3. §. 1. de Imp. in res dot.*) fodinarum 1. de novo repertarum, dominorum utilium (Vasalli 2. *Feud. 28. vers. si Vasallus. Dn. Vultej. 1. Feud. 11. n. 152.* Emphyteutæ. Goth. *in l. 2. C. de Jure Emphyt. lit. l.*) heredes, bonæ fidei possessor. *l. 38. de hered. pet.* si in possessione adhuc sunt *per l. 8. de pign. act.* deducunt. Deducere autem est rem, in quam impensum est, jure exceptionis tam diu retinere, donec impensarum æstimatio præstetur. Dn. Hahn. *Obs. Wesemb. t. de R. V. n. 7. in fin. 2.* Jam existentium I. Si adhuc possident, deducunt: 1. Necessarias *per d. l. 38. l. 33. in f. de Condict. indeb. l. 7. §. 12. vers. Certè. de A. R. D. l. fin. pr. vers. Quod si non. C. de Pet. Hered.* quia nullus casus intervenire potest, qui hoc genus

3. nus deductionis impediatur. *l. 51. pr. in f. Fam. Hercif.* Agentem  
Gl. verò ad rem repetendam non exolutis expensis, possessor re-  
ris pellit exceptione retentionis. *l. 33. in fin. de Condict. indeb.*  
ac quia causa retentionis, rei cohæret, in quam impensæ factæ  
e- sunt, quæ retentionem suâ naturâ inducit. *per l. 12. in f. de Vi &*  
os. *vi arm. juncta l. 15. in f. de furt.* (Non ergò obst. *l. f. C. com-*  
no *mod. l. 5. C. in quib. caus. tacit. pign.*) 2. Utiles. *l. 38. de Pet. He-*  
16. *red. l. 38. 48. de R. V. l. 14. §. 1. Comm. divid. l. pen. pr. Locat. l. fin.*  
m *pr. vers. Quod si non C. de Petit. Hered.* Excipe, si dominus di-  
us. *rectus pauper sit. per d. l. 38. Vers. Finge pauperem. de R. V. l. 25.*  
7. *de pignor. act. l. 8. de Impens. in res. dot. fact.* (quod ex æquita-  
uæ *te. d. l. 8. & humanitate. per d. Vers. Finge. est receptum*) ubi  
ot. *res impensa auferretur. d. l. 38. vers. Sufficit tibi. de R. V.* Nisi  
ni- *naturâ tolli nequeat. l. 9. de Impens. in res. dot. ut: si ablata se-*  
S, *paranti nihil prodest. d. l. 9. in f. d. l. 38. vers. Constituimus. vel*  
10. *separatio fundum deterioretur. l. 39. in f. de petit. Hered. l. 37. 38.*  
of. *vers. sufficit. ff. l. 5. in f. C. de R. V. quia malitiis non est indul-*  
o- *gendum nec ferendus est, qui aliis obesse, sibi prodesse non*  
e. *vult. uti ait Goth. in d. l. 38. l. 2. Petenti autem rem, citra im-*  
oc *penfarum restitutionem, objicitur exceptio doli mali. l. 14. §.*  
de *1. Comm. divid. l. 45. §. 1. de Act. Emt. l. 14. de dol. mal. ac met.*  
o- *Except. l. 11. in f. C. de R. V. §. 30. I. de A. R. D. Uterque enim in*  
1. *dolo est: Petens quia impensas meliorationis re receptâ: De-*  
l.) *ducens, quia rem reddere recusat. Rectè ergò dolus cum dolo*  
ne *compensatur, & in pari causâ possessor potior habetur. juxta*  
est *l. 126. §. fin. l. 128. de R. I. Præterea dolo facit (tempore petiti-*  
e- *onis vel oblatae vel continuatae) qui petit id, quod quaque ex-*  
bs. *ceptione elidi potest. l. 2. §. 5. de dol. mal. & met. except. II. Si*  
os- *possessione exierunt, vel pulsi sunt, actio ad impensas repeten-*  
Et. *das nulla datur. l. 14. §. 1. Comm. divid. l. 33. in f. de Condict. in-*  
C. *deb. l. 14. de Except. doli v. Don. 4. Comm. 33. vers. Hac de eâ ma-*  
e- *teriâ. & 20. Comm. 7. (obst. l. 21. ad Sctum. Treb. arg. l. 5. C. de*  
us *R. V. l. f. §. 1. in f. C. de Pet. Hered.) ne quidem ex æquitate, ut*

quæ in legibus fundata non est v. Garf. d. c. 1. n. 29. Diff. Goth. in  
l. 33. l. R. de Condict. indeb. in. l. 14. §. 1. l. A Comm. Divid. per l. 32.  
de Reb. Cred. Nisi personalis ea, quæ ex speciali contractu verò  
vel quasi, cum Domino rei ante restitutionem celebrato, ex-  
oritur. text. in l. 14. §. 1. Comm. divid. l. 18. §. 2. Commod. l. 8. pr.  
de pign. act. l. 23. depos. l. 55. §. 1. l. pen. Locati. Quò pertinet Me-  
ritus, qui ( ob ademtum retentionis & deductionis jus ) ha-  
bet actionem 1. Mandati; si voluntate mulieris expressâ.  
2. Negotiorum gestorum, ubi non expressè consentiente mu-  
liere utiliter in dotem expensas fecit, & dotem restituit. l. un.  
§. 5. vers. Sed nec ob impensas. C. de Rei uxor. act. Socius, in fodi-  
nam communem solus impendens, suum recipit communi  
dividendo iudicio. v. l. 6. §. 2. Commun. divid. Impensas tem-  
porales sive fructuum, Possessor fructus 1. Retinens, cum fru-  
ctibus perceptis compensat. l. 46. de Usur. l. 1. C. de fruct. lit. ex-  
pens per rationes in l. un. §. 4. in f. C. de Caduc. toll. & quia hæ  
impensæ fiunt animo fructus percipiendi non recipiendi. Hinc  
marit9 fundi dotalis, fructus omnes lucratur l. 7. pr. l. 10. §. 3. in  
f. de jur. dot. nec impensas fructuum recipit l. 7. f. vers. Sed hæ im-  
pense. Matrim. & de istis impensis intelligo d. l. 7. §. 13. cum Dua-  
reno ind. §. 13. 2. Restituens, à petitore recipit l. 36. §. f. l. 37. de Pet.  
Hered. l. 51. Fam. Hercisc. l. 10. §. 9. Mandat. Ratio, quia illius la-  
bor & sumt9 sunt in fundo, hos petitorem lucrari, nec redde-  
re, esset iniquum. per l. 32. in f. de Reb. Cred. Et hinc fructus non  
intelligi dicuntur, nisi deductis prius expensis. d. l. 36. §. f. l. 7.  
pr. Solut. Matr. l. 1. c. de fruct. & lit. Expens. (obst. l. 27. §. 25. ad L.  
Aquil.) Restituunt fructus: Possessor bonæ fidei extantes, l. 22.  
c. de R. V. malæ fidei, omnes, d. l. 22. ibiq; Gothofr. sub l. G. qui  
etiam impensas recipiunt. d. l. 36. §. f. de petit. hered. Item Pro-  
curator l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. Mandat. Consequuntur autem impen-  
sas per deductionem d. l. 36. §. f. l. 51. pr. Fam. Hercisc. l. 7. pr.  
Solut. Matrim. l. 1. c. de fruct. & lit. expens. Ideò, quia fructu-  
um producendorum, conservandorum, quarendorum, col-  
ligen-

ligendorum causâ impensum est. Jus ergò retentionis fructibus adhæret. Hinc retentionis causa justa & probabilis. *in l. 12. inf. de vi & vi arm.* Justa & rationabilis *in l. 20. in f. de Acquir. Poss.* vocatur.

Personam Principis sequentia fodinarum spectant *commo- 8. Princeps.*  
*moda*: Jus decimas recipiendi *l. 1. 2. 3. c. de Metall.* Lather. *de censu l. 3. c. 9. n. 28.* (quæ Canon Metallicus *in d. l. 2. decimæ in d. l. 3.* à feudistis Regale. Goeden. *conf. de Aurifod. 2. n. 10.* Nobis *Der Behende.* In salinis reditus. Sixt. *de Regal. libr. 2. c. 19. n. 11.* vocantur) harum fundamentum consistit in eo, quòd metalla ac mineralia superfluè eruuntur, subditi verò obligati sunt de superfluis Remp. ac bonum publicum juvare, cum hoc citra magnum suum incommodum facere possint. Sunt autem decimæ inferendæ fisco *l. 3. c. de Metall.* ab iis, qui fodinas exercent ac metalla percipiunt. *d. l. 3.* exhibendæ sunt de omnibus metallis ac mineralibus. *Membr. 2. pos. 11.* Non tamen aliud genus, quàm fossum Gl. Accurs. *Dd. commun. in d. l. 3.* nec æstimatio quidem. *per d. l. 3.* aut metallum purgatum, uti vult post Bart. *in l. 1. c. eod.* Goeden. *d. conf. 2. num. 26.* sed rude. *per d. l. 1. voc. Balluca, χρυσάμιον.* *Dd. commun.* Cujac. Gothofr. *in d. l. 1.* debetur. Quantitas olim decima pars, plus, minus erat, pro locorum consuetudine variâ *per l. 1. 2. 3. 5. c. de Metall.* quam & hodiè inspiciendam semper esse Rosenth. *de Feud. c. 5. concl. 89. num. 3.* Heig. *1. quest. 13. n. 22.* & hos secutus Lather. *de censu d. n. 28.* Goedd. *in l. 17. n. 8. in f. d. V. S.* censent. Præstandæ autem sunt decimæ absque onere, nullis impensis deductis. Quia sunt portio proventuum perceptorum, quibus impensæ nullæ fiunt. II. Jus cudendi auream monetam, hanc enim cudere nequeunt, nisi ii Principes, qui aurifodinas in territorio suo habent *Reichs-Abtsch zu Augspurg, de an. 1551. ibi.* Es sollen aber die andere. *Zu Regenspurg, de an. 1576. §. Und aus sonderm.* Addatur *Besold. Tb. Pr. voc. Ducaten.* Sixt. *d. tr. l. 1. c. 7. num. 106. seq.*

Rationem constituti habet *Besold. d. l. in f.* cui addi possunt  
eæ: Ne facilè moneta aurea nunc existens, vel in aliam trans-  
mutetur, vel depretioretur, vel aurum purum ac pretiosum  
deterius reddatur. III. Jus metalla præ aliis emendi *v. Membr.*  
*4. pos. 3.* Onera fodinarum Principes sustinent hæc: 1. Metal-  
lariis debent *tutelam*, quâ personas, quâ jura in fodinis quæsi-  
ta. 2. Fossoribus ligna concedant, exstructionum necessitati-  
bus sufficientia. *Agric. Vom Bergw. libr. 4. p. m. 67.*

9. Dominus  
fundi.

*Dominus* fundi fossi commodi loco habet decimam *l. 3.*  
*C. de Metal.* quæ pro præsumtâ læsione superficiei, quæ aliquan-  
do excavato fundo, cadere & inutilis reddi potest, in com-  
pensationem futuri damni, ab Extraneo fodiente illati, ei de-  
betur. Itaque propriè non decima, sed interesse est, uti tradit  
post *Gœden. Conf. de aurif. 1. n. 10. Sixtin. de c. 16. n. 60.* Debe-  
tur autem ea Domino fundi: 1. Directo. *d. l. 3. ibiq. Br. sive*  
*privato, sive Principi de loco scilicet publico fosso.* Nec verò  
hæc decima huic debetur ut Regale (*Diss. Dd. commun. teste*  
*Tiraq. de Retraët. part. 1. §. 1. Gl. 7. n. 7. §. 20. Gl. 1. n. 65.*)  
Cùm locum publicum non ut Regale, sed ut Dominus ha-  
beat. 2. Utili, ut: *Vasallo. arg. 2. Feud. 8. §. Rei autem, ibi: Nam*  
*§. servitutem eidem rei debitam petere potest. §. retinere. & 1.*  
*Feud. 4. §. si quis de manso. 5. verb: Tunc omne incrementum jure*  
*feudi fidelis obtinebit.* Adde *Rosenth. d. c. 5. cont. 91. n. 25.* etiamsi  
Dominus feudi fodinas sibi reseryet. *Afflict. in c. un. 2. Feud 56.*  
*verb. Argentaria. n. 6.* In onere hoc est: quòd dominus fodi-  
entem pro lubitu in fodinâ versari, pati debeat. Modò hic ita  
fodiat, ne damnum ingens Domino timendum sit *v. Membr.*  
*2. pos. 6.*

10. Fossoras.

In *Fossorum* commodis est: 1. Libertas. Nec enim fossor  
migraturus, detineri debet. Quamvis olim conditione Me-  
tallarius (qui coactus metalla exercebat) detineri & revocari  
fugiens poterat. *v. l. f. c. de Metall. 2.* Oppida habeant exstru-  
cta propè fodinas (*Bergstätte.*) Ita *Duces Saxonia Annæbur-*  
*gum,*

gum, Snebergam, oppida metallica constituerunt. Speidel.  
*Notab. voc. Bergw. Faust. conf. pro. arar. in ord. 1121. 3.* Mercedem laboris à Principalibus exolutam percipiunt. Hujus quantitas pro conditione laboris perficiendi variare potest. *Agricol. d. l. 4. p. m. 71. 4.* Jus, ut ornamentum gestandi instrumenta labori metallico perficiendo subservientia. Ornamenti vice uti solent *perizomate* metallico (Das Bergleder / Rückleder.) *Meminit Mathes. in Chronica Vallis Joachim. in Anno 1554. sub Rubr Vom Ober Regiment / FERDINANDO I.* adveniēti fossores vallis istius obviam ivisse, portantes instrumenta sua fossoria, fragen und Kielhauen. 5. Honestum recreationis genus *caut. omnibus* metallicis (Berglieder / Bergreyen) utendi. Cantiones habent tūm sacras, qualem Mathes. *Homiliis suis Sareptanis* subjunxit, tūm prophanas. Onus fossorum in duro & periculoso labore consistit, v. *Agricol. d. tr. l. 5. p. m. 83.* in quo diligentes, patientes, fideles se gerant. Verum enim est proverbium, quod adducit *Löhneys von Bergw. l. 8. p. 191.* Es gehöret viel Glaubens darzu / wo man einem ungezehlt Geld / reich Erz / und ungewogene silber suchen vertrauen soll. Infideles quomodo coërceantur, habet *Dn. Carpz. Pr. crim. part. 2. quest. 85. n. 47 48.*

*Actio* exercetur in *judicio*, quod ab objecto Metallariis *11. Actio.* dicitur: Das Berggericht. *Actio* autem nomine fodinarum instituenda est in loco, in quo venæ sunt sitæ. *Zobel. 3. Diff. 10. n. 9.* & post eum *Berl part 3. Concl. 35. n. 4.* *Actio* instituitur, nomine: I. Regalium à Principe, pro quibus, quæ actiones competant, consultatu. *Sixtin. d. tr. l. 1. c. 7.* II. Decimarum, fisco vel Domino fundi daur *actio* personalis. III. Fodinarum ac proventuum competit *actio*: 1. Realis, tūm *petitoria*, tūm *possessoria*. Illa & *universalis* de qua notat *Berl. d. concl 35 n. 4.* sub *judicio* Universali fodinas non comprehendit, sed specialiter sub *judicio* montano petendas esse. Hinc de *judicio* familiae *Herciscundæ*, an in fodinis locum habeat, tractat. *conf. Illustr. 62. part.*

62. part. 2. & particularis, domini vel quasi, servitutis, pignoris  
cuius in fodinis competentis. Jus Civile meminit actionis  
Negatoriae in l. 8. § 5. vers. *Alfenum si servit. vindic.* Ad exhiben-  
dum. in l. 16. pr. in f. de praescr. verb. 2. Personalis, quae vel ex con-  
ventionem, ut: *Emti venditi. d. l. 16. pr. vers. Si autem.* Locati  
Conducti. l. 52. §. 8. de furt. Communi dividundo. l. 19. pr. *Com-*  
*mun. divid.* Praescriptis verbis. d. l. 16. pr. vel ex delicto, ut: actio  
furti. l. 25. §. f. l. 52. §. 8. de furt. De Dolo. l. 34. de Dolo.

## MEMBRUM. IV.

*Proponens :*

### Contraria Fodinis ac Juri Fodi- narum.

*Continuatio.*

1. *Obstacula  
fodinarum.*

Res quaedam contrariantur 1. Fodinis. 2. Fossoribus,  
3. Juri quaerendo. 4. Juri in fodinis quaesito.

*Fodinis* adversantur: I. Aquarum confluxus, quo fodi-  
endi labor interrumpitur. Aquas *avertunt*: 1. Fodiendo pu-  
teum novum, eo, in quo metalla eruunt, magis profundum  
(ein *Wasserschacht*) 2. Locum certum putei fossi in profun-  
do excavando. (*Simpfe.*) Quibus modis in certa loca aquae  
colliguntur, locaque fodienda exsiccantur. v. Agric. *Bom*  
*Bergw. l. 5. p. m. 85.* Aquam collectam demum extrahunt,  
vel manu, vel operibus mechanicis (*Wasserkünste*) de qui-  
bus Agric. d. l. 5. circa fin. & l. 6. p. 105. seqq. Abducunt etiam a-  
quas ope *stollonum*. de his *Membr. 5. pos. 2.* 2. Ignis, si *structuras*  
fodinarum exurant. Exemplum habet *Mathes. in d. Chroni-*  
*ca Vallis Joachimica in anno 1558. sub Rubr. Bom Berg Regie*  
*ment.* In argentifodinis *Lüneburgensium* Ducum accepi re-  
latum, ante paucos annos fodinam quandam praedivitem cul-  
pâ fossorum incensam esse: Illudque incendium adeo gra-  
ve extitisse fertur, ut ad hoc usque tempus metallorum perse-  
cutio difficilis existat. 3. Calamitas *belli.* Fodinas *Bohemicas*  
bel-



bellum Hussicum vastavit. Nostra quoque Germania passim habet ob perpeffam eandem calamitatem, fodinas desertas. 4. Casus montium (*So die Berge eingehen*) ubi montes ob excavationem decidunt. 5. Si venæ repertæ desinant vel raræ sint, ita ut sumtus factos non compensent proventus. 6. Quæcunq; aliæ causæ, quæ obstant fossorum laboribus, eosq; in totum impediunt, de quibus nunc.

*Fossoribus* obest: I. Aër impurus in profunditate terræ existens (*böß Wetter*. Purus aër est, *gut Wetter*) & ex vaporibus venenatis (*Schwaden*) proveniens. Aër ille impurus & vapores, morbos vel mortem fossoribus adferunt, candelas quoque fodi-  
entium extinguunt. v. *Agric. d. l. 5. p. m. 185. libr. 6. circa fin. Mathes. Homil. Sarept an. 12. circa fin.* Mala hæc avertunt: 1. Stollone vel puteis duobus in profunditate terræ conjunctis, ita enim uno in loco aër cœli purus immittitur, altero subterraneus impurus extrahitur v. *Agric. d. l. 5. p. m. 185.* 2. Instrumentis mechanicis pneumaticis seu spiritalibus (*Windfang / Bezeug so wetter fängt.*) de quibus tractat *Agricol. dict. l. 6.* II. Casus montium, quo incauti necantur. Casus vel universalis est, ita ut fodinæ amplius non compareant. Ita propè *Goslariam, Der Rammelsberg* cadens 400. fossores oppressit *Agric. d. libr 6. in f.* vel particularis. *Wenn nur ein stück bricht* / id quod frequentius in fodinis accidit. Tali casu ante anni decursum *Smalcaldie uff dem Simonsberg* inopinatâ ac præceleri morte fossor astantibus collegis est trucidatus. E. Casus diligenti curâ & necessariâ substructione præcavetur. In descendendo & ascendendo (*im ein- und ausfahren*) periculum est, ne casu improvise fossores lædantur. Extat notabile providentiæ divinæ exemplum in puellâ quâdam *Vallis Joachimicæ*, quæ in profundum puteum cecidit, & suis citra sanitatis jacturam restituta est, referente *Mathes. d. tr. in An. 1545. sub Rubr. Vom Berg Regiment.* III. Dæmonem quoq; metallicum (*der Bergteuffel*) genus spectri fossoribus infestum esse, refert *Agric. d. l. 6. in f. & libr. de Animant. subterr.*

F

in f.

2. Fossorum

*in f.* At illud genus Dæmonis, quod vocant den Bergmännch / das Bergmännlein / den Kobel / den Guttel / tantum abest, ut Metallici metuant, ut ejus præsentiam potius exoptent. Agric. *d. tr. de animant. subterr.*

3. *Juris querendi.*

Juri *querendo* obstant: I. Retractus ( der Vorzug / Abtrieb / Einstand / Lösung / Rück oder Näherkauf / Zugrecht / Kauffzugrecht. ) dicitur etiam jus protimiseos, congrui. Jure Civili est prohibitum. *in l. 14. C. de Contract. Emt. Dn. Carpz. Jpr. For. part. 2. Const. 31. Defin. 1. n. 23. ( D. ff. Dn. Hahn Observ. Wessemb. ad tit. de Rescind. Vend. p. 636 seq. )* ex ratione *in § 40. J. de A.R.D. l. 9. §. 3. Eod. l. 21. C. Mand. d. l. 14.* Nisi specialiter exprimat *d. l. 14. in f.* Exprimitur 1. Ab homine, vel pacto, ubi scilicet Emptor se obligat de re empta retrovendenda *l. 2. 7. c. de pact. inter Empt. l. 122. §. 3. de V. O. pacta enim servanda sunt. Dn. Carpz. d. Const. 31. def. 9. n. 5. vel testamento, per l. 69. §. 3. l. 77. §. 27. de leg. 2.* Ratio, voluntas testantis. *l. 32. §. fin. Eod. Dn. Carpz. d. def. 9. 2* A lege, vel *communi*: 1. ob dominium in re alienata competens, tum directum, ita Domino directo rei Emphyteuticæ. *l. f. vers. Sed ne hæc. C. de Jure Emphyt. feudi. 2. Feud. 9. §. 1. vers. Porro datur, tum Utile, ita Vasalli vendentis liberis. 2. Feud. 26 §. Titius filios. vers. Quod si. Agnatis. 2. Feud. 3. §. 1.* retractus competit. 2. Ob privilegium prælationis, Creditori, præ Cognatis. *l. 16. de Reb. autb. jud. Fisco in metallis vendendis. l. 1. C. de Metall.* Est etiam casus *in l. un. C. Non lic. habit Metroc. vel speciali consuetudinis aut statuti* Ex quo est Retractus 1. Gentilitius seu consanguinitatis ( Erb- oder Freund Recht / Erblösung. ) de eo jure consulatur Gail. 2. Obs. 19. Goth. *in not. ad 5 Feud. 13 Ibi: Jure consuetudinario.* Sed & peculiare hæc de materia existant tractatus Magnifici Dn. Reinkingii & Tiraquelli. 2. Ex causa Vicinitatis aut confinii. Gail. *d. l. II.* Jus protimiseos fisco in metallis competens. Metallarii enim metalla fisco potissimum distrahere debent. *l. 1. C. de Metall.* Ratio privilegii consistit in *utilitate publicâ*, ut copia adsit materiae conficiendis rebus, quas necessitas Reip. requirit. v. Besold-  
Tb. Pr.

*Tb. Pr. voc. Bergwerck.* Nostri vocant den Silberkauff / Vor-  
kauff der Metallen. In *Germaniâ* in auro tantum & argento lo-  
cum habet. In *Italiâ* etiam in ferro. *Farin. Var. quest. 104. Insp. 2.*  
*n. 64.* In *Galliâ* in sale. *Farin. d. l. III. Mandata Principum,* ne  
metalla finibus Imperii exportentur. Tale continet *l. 2. C. de*  
*Comm. & Mercat. l. 2. C. Quæ res export.* Reichs Absch. de Anno  
1559. § Nach dem auch durch etliche. de Anno 1594. §. Dieweil  
auch durch die Ausführer. Ratio constitutionum est, utilitas &  
necessitas Reip. Addatur *Faust Cons. pro erar. in ord. 1587. Dn.*  
*Carpz. ad L. R. Reg. Germ. c. 8. Sect. 9. ubi de auro & argento non*  
*evehendo.*

Jus *quæsitum* tollunt: 1. *Præscriptio* de quâ *Memb. 2. pos. 12.* 4. *Juris quæ-*  
2. Modi omnes, quibus jus acquirimus. Nam quibus modis quid *siti amissio.*  
colligatur, iisdem dissolvitur. *l. 1. pro derel. §. fin. Quib. mod. toll.*  
*obl. 3.* Cessatio totalis per annum *Königl: Böhm: Berg R. l. 2.*  
*c. 4. §. Wollen der wegen.* vel tempus consuetudine receptum,  
*Rosenth. d. Concl. 89. n. 6. c. 5. de feud. à fodiendo & reficiendo fo-*  
*dinas. Heig. 1. quest. 13. n. 50. Sixtin. d. c. 16. n. 65.* Ratio: 1. ne fo-  
dinæ omittendo culturam pereuntes intereant, quod contra uti-  
lilitatem publicam est. 2. Neglectus rei moram non admitten-  
tis, animum rem neglectam pro derelicto habendi indicat. Adde  
3. *arg. l. 8. C. de Omn. arg. desert. Excipe,* si ob belli calamitatem  
fodinæ negligantur, *arg. l. 44. vers. Idem ait de A. R. D. §. fin. I.*  
*eod. l. 13. pr. l. 21. §. 1, 2. de Acquir. Poss.* Modo periculis cessantibus  
restauratio inchoetur, in primis si publicè certum reparationis  
tempus præstitutum, lapsum sit; Et tunc *fiscus* Jus fodiendi nan-  
ciscitur. *Sixt. d. l. ut Regale. Memb. 2. pos. 11.* qui in fodiendo omnes  
privatos, etiam dominum fundi, *arg. l. 5. fam. hercisc.* excludit:  
vel privatis jus fodiendi concedit. Adde *Rosenth. d. Concl. 89. n.*  
*5. 4.* Cessatio in solvendis impensis fodinarum. *Heig. d. quest. 13.*  
*n. 50. §. Remedium l. 2. C. de Rescind. Vend.*

# MEMBRUM V.

*percurrans:*

## Affinia.

*Continuatio.*

Juri Fodinarum affinia sunt jura *thesaurorum* ac *stollonum*, de quibus restat dicam.

*Thesaurus.*

*Thesaurus* (Ein Schatz) dicitur quasi *θεσάυρος* Don. 4. *Comm. 14* Est 1. Impropiè, quodvis conditum *l. 31. §. 1. de A. R. D.* per errorem relictum *l. 67. de R. V.* 2. Propriè, res mobilis condita, domino carens. *§. 39. I. de A. R. D. l. un. C. de Thesaur.* Definitur in *d. l. 31. §. 1.* depositio vetus pecuniæ, cujus (*depositionis*) non exstat memoria, ut Dominum non habeat. Thesaurum fodere res *adiaphora* est: *Licita* 1. si *finis* fodiendi sit concessus, 2. *Media* detegendi honesta. *Illicita*, si *unum* ex his deficiat. Dehortatur à studio fodiendi *Froschmeusel l. 1. c. 18.* & rectè: Opera enim plerumq; vana adhibetur, & res exercetur loculos exhauriens, dans ansam artibus magicis adhibendis. Thesaurus est *nullius* res. *d. l. 31. §. 1.* non naturâ, & verè (semper enim vel deponentis, *l. 67. de R. Vind. l. 15. ad Exhib.* vel ejusdem heredis. *per l. 23. de Acquir. possess. manet*) sed fictione juris negativâ, quæ præsumit, quia dominus rei depositæ à nobis ignoratur, Dominum thesauri extare nullum. *v. Donell. 4. Commun. 14.* Hinc sequitur, eum non esse fundi: 1. *Partem*. Neque enim natus ex fundo, sed eò repositus est, fundo non adhæret, sed per se subsistit. *Sixtin. de Regal. 2. c. ult. n. 46.* Ergò cum fundo non possidetur, sed specialiter prehendi debet. *l. 3. §. 3. de Acquir. Poss. 2. Fructum per §. 14. l. de A. R. D. l. 7. §. 12. in fin. solut. Matrim. Sixtin. d. c. ult. n. 45.* (diff. *Bocer. decis. 224. n. 9. per l. 77. de Contrab. Emt.*) 3. Acquiri à privatis posse. *per §. 12. v. Quod enim. l. de A. R. D. jure naturali. per d. vers. Quod enim d. §. 39. verb. Naturalem æquitatem secutus.* (est ergò thesaurus juris naturalis) & modo acquirendi Juris Gentium peculiari, *per d. §. 39.* (quo respectu juris Gentium dici potest thesaurus.) In addicendo thesauro

sauro invento veteres variabant. v. Heig. 1. quest. 13. n. 58. seqq. Garf. de Expens. & Meliorat. c. 22. n. 54. At verò jure communi ex Constitutionibus Imp. (& eatenus thesaurus juris Civilis est) inventus (inventus dicitur: 1. detectus realiter. l. 67. verb. invenit. de R. V. l. 7. §. 12. verb. Thesaurus fuerit inventus. Solut. Matr. l. 31. §. 1. l. 63. per tot. de A. R. D. Berl. part. 2. Concl. ult. n. 23. Cùm tectus prehendi, ignoratus possideri naturâ nequeat. l. 3. §. 3. vers. Cœterùm. de Acquir. Poss. 2. Prehensus actualiter per d. §. 3. in f. §. 12. seqq. & pen. I. de A. R. D. l. 1. §. 1. in f. l. 44. pr. de Acquir. Poss. Sixtin. d. c. ult. n. 58. seqq. Harprecht. ad d. §. 39. n. 29. Neque enim invenit, qui rem aspicit, sed qui apprehendit. l. 7. pro derel. l. 43. §. 9. pen. de furt. §. 18. I. de A. R. D. junctâ l. 1. §. 1. in f. de Acquir. Poss.) in loco. I. Proprio inventoris est totus. §. 39. I. de A. R. D. l. un. C. de Thesaur. Nov. Leon. 51. v. Jubemus autem. Habet autem dimidiam unam ut fundi dominus, cui ea semper cedit dd. ll. alteram jure inventoris, uti loquitur l. 63. §. fin. de A. R. D. Etiam si alius, subjectus tamen, ut: servus. d. l. 63. vel nomine domini laborans, ut: Mercenarius, modo conductus sit ad fodiendum thesaurum Gl. & Sneider. in. d. §. 39. n. 8. Sixtin. d. c. ult. n. 23. detegat. II. Alieno, 1. Fortuito, qui dividitur. d. §. 39. d. l. 63. §. fin. d. l. un. d. Nov. Leon. 2. Feud. 56. inter loci dominum (vel 1. quia Extraneus aut operando nomine Domini, aut spatiando patiente Domino, facto & voluntate Domini reperit. Harpr. ad d. §. 39. n. 14. 2. Quod à Domini majoribus conditus præsumitur thesaurus. vel 3. ob præsumtam fundi læsionem ex fossione acceptam. vel 4. Quod Legislator rem nullius fundi Domino concessit & inventem (ob laborem & fortunam ejus. per Nov. Leon. 51. ibi: Invidiosa itaque calumnia. d. l. un. ibi: Dei beneficium. d. l. 63. §. 1. ibi: domum fortuna) etiam Mercenarium. d. l. un. ibi. Quod si fortè. Sixt. d. c. ult. n. 23. 2. datâ operâ & fodiens nihil acquirit. d. l. un. vers. Quod si. arg. à contrario sensu. d. §. 39. 2. Feud. 56. & quia in alieno fodere non licet. d. l. un. vers. In alienis. 3. Artibus Magicis adhibitis (à quali fodiendi modo abstinendum v. Garf. de sortileg. quest. 3.

n. 12. Theophr. Parac. Tom. 9. de Philos. occult.) ubi inventum totum filci est. *text. in d. l. un. ibi: dummodò sine.* Et hoc respectu inter *Regalia* thesaurus refertus. *in c. un. 2. Feud. 56.* Addatur Bachov. v. 2. *diff. 20. tb. 2. l. G. ad verb: Quando thesaurus sit de Regalibus.* Exigitur thesaurus inventus remedio Rei vindicationis. Sixtin. *de cult. n. 66. seqq.* Objicitur thesauri 1. *Exactioni* 1. Inventam rem non esse thesaurum. *per l. 67. de R. V. l. 15. ad Exhib. Berl. d. Concl. ult. n. 7. 2.* Si inventor Domino fundi totum thesaurum reddit, cujus partem retinere jure poterat. Ratio, quia sibi non apprehendit, neque ergò dominum sibi acquisivit, & consequenter actionem ad repetendum nō habet. *Addatur Harprecht. ad d. §. 39. n. 26. 27. 28. II. Retentioni.* Olim inventi partem dolosè supprimens, toto cadebat. *Nov. Leon. 51. in f.* Si verò in fundo vendito Emptor thesaurum reperiat, emptio facta non rescinditur remedio. *l. 2. C. de Resc. Vend. 1 per l. 3. de Acquir. Poss. 2.* quia thesaurus nullius fuit. 3. non est pars, fructus fundi. Sixtin. *d. c. ult. n. 43. seqq.* Arum. *ad d. l. 2. tbem. 19. diff. Ludov. Roman. in l. 36. de V. O.*

2. Stollau

*Stollo* (Ein Stolln) est cuniculus subterraneus, à radice montis tendens ad fundum usque fodinæ, fossus vel aquæ abducendæ, vel aëris puri immittendi, vel fossæ materiæ evehendæ causâ, in bonum & commodum fodinarum inventus. Fodere stollonem est: *Einen Stollen treiben.* Partes stollonis sunt: *Janua*, des Stollen Mundloch. *Tectum*, der First. *Fundus*, des Stollen Sohlen. *Alveus*, die Wasserseige. Species stollonum potissimæ sunt: *Such- und Erb-Stollen.* Requisita des *Erbstollen* sunt: 1. Aquam fodinis educere debet. *Muß Wasser benehmen* 2. Aërem fodinæ immittat. *Muß Wetter bringen.* 3. Profunditatem præscriptam (die Erbtisse) habeat. Cujus determinatio variat. 4. Foramen intra puteum habeat *Muß einen Durchschlag in dem Schacht haben.* Stolloni fossus, quàm diu unum requisitum ex enumeratis abest, vocatur: *Ein Suchstollen.* Jus (merà consuetudine introductum) eines *Erbstol-*

Stollen / in hoc potissimum consistit: 1. A fodinae, cui prodest, Dominis nonam metalli omnis in fodinae caesi partem accipit. 2. Metallum, quod fodiendo (in dem er getrieben wird) caedit, ad certam mensuram )E. G. 1<sup>1</sup>/<sub>4</sub> Sachter) in altitudinem, in latitudinem verò stollonis  $\frac{1}{2}$  Sachter) sibi retinet. De quibus & aliis ad stollonum materiam pertinentibus videri potest, post in omnium fermè manibus existentes Constitutiones metallicas

*Berg Ordnungen/ Löhn Eß vom Bergw. part. 2. passim. Gæden. Cons. de Aurifod. 5. Quo ipso in fodinae fundo constitutus, subliſto.*

## SOLI DEO GLORIA.



### COROLLARIA,

1. Jus nostrum civile non est ars.
2. Res sacras & Ecclesiasticas profanare alienando non licet.
3. Augusta legibus soluta non est.
4. Principes Protestantes officii politici fungendi causâ Cæsari durante missâ Pontificiâ rectè adstant.
5. In B. Mariam virginem blasphemiae crimen non committitur.
6. Em-

6. Emptio venditio negotiatoria est utilis & iusta.
7. Usuras jura permittunt.
8. Causa matrimonii prohibitiva spiritualis cognatio minùs rectè putatur.
9. Marito jus Uxorem corrigendi, etiam verberibus competit.
10. Legitimos ad feuda non admitti, jure feudali verius est.

AKT  
2454

F I N I S.



M  
1077



*N. N. II, 153.*  
*N. 41, 10.*

FO  
EA

Ber

VENER  
ORI

SUMMI

*Cense*

JOHA  
Hap

Typis SA

7952)

II R  
2454

ALIS

AC  
E

echt+

TORUM  
AE

ORIBUS

*onit*

IDUS  
US.

*Carolus Fuldus  
Anno.*

, Typogr.

14.

